






SIGILLVM ACADEMIÆ HARVARDIANÆ IN NOV: ANG: CHRISTO ET ECCLESIÆ

52 Fulton

April

Sir

The accompan

ts were handed

Mr. Allen in

short time a

esting that I R.

rward the sa

e University

Asking you

edgement of the

your earlie

I am Sir


obedt Serv

Chas Conv

dent of
ie University
in Boston

M. TULLII CICERONIS

CATO MAJOR.


SIGILLUM ACADEMIÆ HARVARDIANÆ IN NOV: ANG:
CHRISTO ET ECCLESIÆ

52 Fulton

April 1,

Sir

The accompan

...ts were hande

Mr. Allen is

short time a

...esting that I

...rward the sa

...n University

Asking you

...dgement of th

...t your earlie

I am Sir

RONIS

J O R.

Obedt Serv

Chas Conn

dent of

e University

in Boston

M. TULLII CICERONIS

CATO MAJOR.

OPERA HENRICI ALANI *LITERARIA*

JAM EDITA SUNT.

I.

DOCTRINA COPULARUM LINGUAE LATINAE; sive de vi atque usu elegantiori Particularum *AC*, *ATQUE*, *ET*, *-QUE*, deque earum formulis, Commentarius. 12. *Londinii*, 1830.

II.

C. SALLUSTII CRISPI de Catilinae Conjuratione deque Bello Jugurthino libri. Codd. scriptis simul impressisque quadraginta amplius collatis recensuit, *etc.* 12. *Ibid.* 1832.

III.

M. TULLII CICERONIS de Natura Deorum libri tres. Codicibus Musei Britannici collatis sex recensuit atque animadversionibus criticis instruxit—. 12. *Ibid.* 1836.

IV.

— ——— ——— de Divinatione libri duo; ejusdem liber de Fato. Cum Codicibus Harleianis contulit atque emendavit —. 12. *Ibid.* 1839.

V.

CONJECTURAE Animadversionesque Criticae in M. Cornelii Frontonis et M. Aurelii Imperatoris Reliquias a V. C. Angelo Maio anno MDCCCXXIII. Romae editas auctiores. 8. *Dublinii*, 1841.

VI.

M. TULLII CICERONIS de Officiis libri tres. Emendavit, et adnotatione brevi critica ac philologica instruxit—. 12. *Ibid.* 1842.

AB EODEM PARATUR

CICERONIS LAELIUS.

M. TULLII CICERONIS

CATO MAJOR

SIVE

DE SENECTUTE

LIBER.

CODD. MSS. DUOBUS SUIS COLLATIS

RECENSUIT,

COMMENTATUS EST TUM CRITICE TUM PHILOLOGICE

HENRICUS ALANUS.

DUBLINII: APUD HODGES ET SMITH.

LONDINII: APUD SIMPKIN, MARSHALL, ET SOCIOS.

MDCCCLII.

DUBLINII:
TYPIS EXPRESSIT M. H. GILL,
ACADEMIAE TYPOGRAPHUS.

PRAEFATIO.

Catonem Majorem Ciceronis paranti mihi recensere commodum non erat thesaurum illum literarum, unde aliis in libris opes meas criticas hauseram, adire. Neque res tantopere postulare videbatur. Quippe ex Codicibus Ciceronianis, qui per hos aliquot annos Londinii venales facti sunt, pauci quidam (studiis meis amico meo G. Burgesio favente) etiam ad me pervenerunt; in his duo *Catonis*. Tam multi autem in hoc libello Codices jam sunt a VV. DD. collati, ut non magnopere poenitendum sit plures non contulisse.

Ceterum nolo Codices meos laudibus extollere: sunt nec meliores multo nec multo deteriores, quam turba codicum esse solet. Etsi semel quidem (17. 60) lectionem paulo notabiliorem ex utroque recepi, nondum, quod sciam, ex ullo allatam (unus Ox. respicere videtur), ubi vulgata, nemini adhuc suspecta, mihi ne Latina quidem esse videtur. Sed nolo codicibus meis laudem aliquam singularem arrogare, nec dubito quin eadem lectio incuria collatorum omissa multis in Codicibus haereat. *Prior*, scil. quem membranis, quibus constat, hoc dedi, prius ut conferendum putarem, ra-

b

tionem meritorum si velis habere, longe secundus ponendus est. *Secundus* chartaceus est ille quidem, sed exemplarsatis antiquum reddere videtur. Uterque saeculi XV.; junctus uterque in volumine cum *Laelio* et *Paradoxis*. At secundum volumen etiam Philologo quodam Ciceroniano auctum est: quem bis jam manu mea emendatiorem descripsi, si ornatu aliquo adnotationis instruxero, mox (ut spero) typographis traditurus.

Editiones autem adfuerunt tum aliae quaedam tum Gernhardi, Ottonis, Klotzii, Hutteri, De-Gelderi, Madvigii.

Fuit etiam tertius quidam recensionis fons, conjectura mea; qua profecerim aliquid necne, aliorum est judicium.

In adnotatione res plurimas tum criticas tum philologicas quam brevissime vel attigi vel indicavi, neque collectaneis meis peperci, quae, dum aliquot annos sileo potius quam cesso, accreverunt.

Dublinii, Idibus Septembr. MDCCCLII.

M. TULLII CICERONIS

CATO MAJOR

SIVE

DE SENECTUTE

LIBER

AD T. POMPONIUM ATTICUM.*

I. 1. *O Tite, si quid ego adjuto*[1] *curamve*[2] *levasso*[3],
Quae nunc te coquit[4] *et versat*[5] *in*[6] *pectore*[7] *fixa,*
Ecquid erit praemi[8] *?*

LICET enim versibus[9] iisdem mihi affari te, Attice, quibus affatur Flamininum vir[10] ille[10]

—— *haud magna cum*[11] *re*[12], *sed plenu'*[13] *fidei.*

* Cf. *ad A.* xvi. 3, 1., 11. 3.

I. 1. ([1]) Sic codd. et edd. vett.: nim. praes. pro fut., ut post *si* saepissime; vid. Buechner. ad *p. Rosc. A.* p. 314.; adde *in Verr.* i. 33. 83., iii. 46. 111. bis, v. 48. 126., *ad A.* i. 4. 3., xiii. 1. 1. Intelligo autem, non (te) *adjuto* sed *adjuto* (curam), tamquam onus: cf. Terent. *Hec.* iii. 2. 24., "Tu pueris curre obviam atque eis *onera adjuta;*" quem locum male Forcellinus ad hypallagen revocat. At bene editor Forcellini Germanicus monet in *adjutandi* verbo latere *levandi* notionem, conferens et alia Terentiana et *Phorm.* i. 2. 49., "Neque .... quisquam aderat, qui *adjutaret funus.*" Edd. recc. varie *adjûro, adjuero, adjuvero;* et in ed. Forcellini Germanica translatum adeo est exemplum hoc ab *adjutandi* verbo ad *adjuvandi*, frustra. ([2]) I. e. *adjuto* (curam) *curamve levasso; adjuto curam levassove:* vidd. Wopkens. *LL. TT.* p. 106. [146. *H.*] idemque *Misc.* Obss. v. VII. p. 394., Ellendt. ad *de Or.* v. II. p. 32., nos *Doctr. Copular.* p. 120., seq., ad Sallust. *C.* 53., ad Cic. *de N. D.* p. 107., *de D.* p. 52., 59., 72., 130. ([3]) I. e. levavero: vv. Zumpt. *Gr.* § 161. n., Madvig. *Opusc.* II. 73. Cf. *ad A.* i. 18. 1. ([4]) I. e. consumit, conficit: cf. Virg. *Aen.* vii. 345. ([5]) I. e. conturbat, vexat: cf. Senec. *Epist.* 9. m., "Sollicitudo nos . . . *versat.*" Producitur autem *t* finale in caesura h. quidem l., sed etiam sine caes. 4. 10. ([6]) Al. *sub.* ([7]) *ilibu'* MS. quidam viro doctissimo cognitus editori Forcellini Londinensi (vide in *Adjuto*), ex var. lect. praepositionis, opinor, ortum. Et dubito an umquam *ilia* ad mentem transferatur. ([8]) Praemittunt his codd. fere *Et qua deprimeris;* nim. ex corruptis his ipsis ortum. ([9]) *isdem m. aff. te versibus* 2. Abundat quodammodo *versibus:* cf. 6. 20., *poëtae.* ([10]) Sic 1., Dr. 2.: vulgo

Quamquam[14] certo[15] scio[15], non, ut Flaminimum[16],
Sollicitari te, Tite, sic noctesque[17] diesque[17].
Novi[18] enim moderationem[19] animi[20] tui et aequitatem[21]; teque non cognomen[22] solum Athenis deportasse[23], sed humanitatem[24] et prudentiam intelligo. Et tamen suspicor[25] iisdem rebus, quibus meipsum[26], interdum gravius commoveri[27]. Quarum[28] consolatio[28] et[29] major[30] est et in aliud tempus differenda[31]. Nunc autem visum[32] est mihi de senectute

scilicet quasi integrum efficiunt versiculum, *Ille vir haud.* (11) Hand. *Tursell.* v. II. p. 145. § 4. (12) Sc. familiari: cf. Hor. *Serm.* ii. 5. 8., "cum *re*;" Cic. *p. Cael.* 32. 78., "sine *re.*" Ceterum de Ennio 5. 14. (13) De litera *s* detracta vid. Cic. *Orat.* 48. 161.: sic 5. 14., *confectu'.* (14) Particula se corrigentis: sic 4. 10., 7. 24., 9. 30., 14. 47., 15. 51., 19. 67. et 69. (15) Formula urbanitatis: i. e. arbitror, credo, existimo, non dubito quin, puto, ut opinio mea fert; quibus verbis solet Cic. etiam permutare, ut *p. Lig.* 5. 13., *Philipp.* i. 11. 27., *ad F.* i. 9. 22., x. 26. 2., xii. 23. 2., 28. 3. (cf. vi. 5. 1.): sic mox iterum. (16) I. e. ut F.us (sollicitatur): sic mox *me ipsum;* 8. 26., 12. 39., 40. 41., 22. 80.: vidd. Wunder. ad *p. Planc.* p. 103., seq., Madvig. ad *de F.* p. 150. et 294., Moser. ad *Tusc.* t. I. p. 131., nos ad *de N. D.* i. 29. et *de D.* ii. 32., Ochsner. p. 399. et 456. ed. 1828., Krueger. *de Attract.* p. 286. (17) Zumpt. ad *Verr.* p. 86. et 927. (18) Cf. *Philipp.* i. 11. 27., *ad F.* i. 9. 22., ii. 7. 1., x. 26. 2., xiii. 1. 4., 29. 6. (19) Cf. *ad F.* i. 9. 22. (20) Nota interpos. gen.: sic 2. 4., 15. 53., 17. 59., 20. 73., 21. 77. bis, et 78. Quamquam etiam extra genitivum ate patet res: vid. Madvig. *Epist. Crit. ad Orell.* p. 54. mox *A. deportasse;* § 2. *etiam;* 5. 14. bis, 6. 15. et 16., 7. 24., 8. 26., 9. 28. et 29., 12. 41., 14. 47., 15. 52., 16. 58., 17. 59., 19. 70., 20. 72., bis, et 75., 23. 82. et 83. (21) Cf. *Tusc.* i. 40. 97. Adhibe etiam Plaut. *Rud.* ii. 3. 71., Hor. *Od.* ii. 1. 1. (22) Cf. *de F.* v. 2. 4.: vid. Bakius ad *de L.* p. 263. 4. (23) Zumpt. ad *Verr.* p. 23. De interpositione autem supra ad "*animi.*" (24) Sapientiam hominis disciplina exculti; vid. Gell. xiii. 16.: Nizolii autem exemplis adde *in Verr.* iii. 4. 8. Cf. § 2., "modice ac *sapienter.*" (25) Addunt codd. varie alio atque alio loco pron. *te*, quod jam terque quaterque supra quum adsit, optime omittit l. cum Drr. duobus. Nam, quod subjectum mutatur, mutatur, in *eum* quidem omisso, etiam 10. 34. Sed ipsum *te* tollendum est etiam in *Lael.* 11. 37. (26) I. e. quibus ego ipse (commoveor): vide supra ad "ut *F.*" (27) Cf. *de N. D.* i. 4. 9., *Lael.* 2. 8. (28) I. e. quas consolari et majus est opus et . . . differendum. (29) Valet hic tantum fere geminatum *et*, quantum *atque* simplex valeret: cf. 4. 10., 11. 34. (30) De comparativo Gies. ad *de D.* p. 29., Ochsner. p. 72.: cf. 7. 24., 12. 41. (31) Cf. *de N. D.* ii. 1. 3. (32) I. e. placuit,

aliquid[33] ad te conscribere[34]. 2. Hoc enim onere[1], quod mihi commune tecum est, aut jam urgentis aut certe[2] adventantis senectutis[3], et te et me ipsum levari[4] volo: etsi[5] te quidem id modice[6] ac sapienter, sicut omnia[7], et ferre et laturum esse certo[8] scio[8]. Sed[9] mihi, quum de senectute vellem aliquid[10] scribere[11], tu occurrebas[12] dignus eo munere, quo uterque nostrum communiter uteretur. Mihi quidem ita jucunda hujus libri confectio fuit, ut non modo omnes absterserit[13] senectutis molestias, sed effecerit mollem[14] etiam[15] et jucundam[16] senectutem. Numquam igitur satis laudari digne[17] philosophia poterit, cui[18] qui[18] pareat, omne tempus aetatis sine molestia possit degere. 3. Sed de ceteris[1] et diximus[2] multa et saepe dicemus[2]: hunc[3] librum de se-

volui: sic *ad A.* xii. 28. quinquies. ([33]) Cf. *Lael.* 1. 4., *de Off.* i. 2. 4. ([34]) Bakius ad *de L.* p. 312. et 489.: cf. 23. 83.

2. ([1]) Cf. 2. 4. ([2]) Hand. I. 555. 1. ([3]) Gen. epexegeticus: vid. Henrichsen. *de Or.* 199. ([4]) Reflexive; np. opera mea; v. ad 11. 35.: cf. 11. 36. ([5]) Hand. II. 605. 7.; adde *ad F.* p. 167., 198., 211., 212., 298., 333., 357. ed. Or. ([6]) Cf. *de Or.* i. 29. 132., *Philipp.* xi. 3. 7., *de F.* i. 14. 46., *Tusc.* i. 46. 111., iv. 17. 40. ([7]) Sc. *fers*, soles ferre: cf. *Philipp.* viii. 6. 19., "ut omnia." ([8]) V. ad § 1.: etsi *certe* h. l. K., M. ([9]) Ellendt. *Brut.* 127. b., Moser. *Tusc.* I. 419. et 504., nos *de Off.* ii. 21. 73.; adde *de Or.* iii. 19. 70., 32. 129., *in Verr.* v. 15. 38., 67. 173., *Philipp.* i. 11. 27., *Acad.* ii. 32. 102. ([10]) Cf. § 1. ([11]) Noluit compositum iterum ponere; vid. Wopkens. *LL. TT.* 216. [295. *H.*]; adde *de D.* i. 55. 117., "*tenemus*;" ii. 27. 59., "*rosus.*" ([12]) Moser. *Tusc.* I. 163., Gies. *de D.* 8. ([13]) Cf. *Tusc.* iii. 18. 43. De perf. ad *de Off.* ii. 22. 76.; add. Scheller. *Obss.* 45., Otto *de F.* 415., seqq., Madvig. *Epist. Crit.* 102. et *de F.* 253. ([14]) Nonius p. 347. ed. Merc. Cf. 2. 5., "*molliter.*" ([15]) V. ad § 1.: cf. 7. 21., 9. 28. ([16]) Cf. 16. 56. ([17]) *s. d. l.* 1., 2. Delent aliquot, frustra: vid. Ochsner. 401.; adde *in Verr.* i. 32. 82.: cf. *p. Rosc. A.* 12. 33. ([18]) Cf. 11. 38., 18. 64., *Lael.* 9. 32., 10. 35., 20. 75.

3. ([1]) Np. praeter senect.: v. ad *de D.* i. 3., *de Off.* ii. 6. 19.; add. Stuerenb. *p. Arch.* 44.: cf. 2. 4. et 5., 17. 59. et 60., 22. 80. ([2]) Cf. *Tusc.* iv. 3. 5., 15. 34., *de Fa.* 2. 4. ([3]) Quasi—hoc libro, quem nunc ad te mittimus, de senectute diximus; sive—hic liber, quem ad te mittimus, est de senectute. Sic saepe vis praedicativa quasi transfertur: cf. 2. 4., 4. 11., 8. 26., 10. 33., 12. 39., 40., 42., 14. 48. et 50., 15. 54. extr., 17. 60., 19. 70., 21. 78., 23. 85., *Lael.* 13. 45. et 47., 27. 102. et 104.

nectute ad te misimus.[4] Omnem autem sermonem tribuimus non Tithono, ut Aristo[5] Ceus[6] (parum enim[6] esset auctoritatis in fabula), sed M. Catoni seni, quo majorem auctoritatem[7] haberet oratio. Apud quem[8] Laelium et Scipionem facimus[9] admirantes, quod is tam facile senectutem ferat, iisque[10] eum[10] respondentem. Qui[8] si eruditius videbitur disputare, quam consuevit ipse in suis libris, attribuito literis Graecis[11], quarum constat eum perstudiosum[12] fuisse in[13] senectute. Sed quid opus est plura[14]? Jam enim ipsius Catonis sermo[15] explicabit[16] nostram omnem de senectute sententiam.

II. 4. Scipio. Saepenumero[1] admirari soleo[2] cum hoc[3] C. Laelio, quum[4] ceterarum[5] rerum[6] tuam excel-

(4) I. e. tibi inscripsimus: vid. H.; add. Gies. *de D.* 211. (5) De quo *de F.* v. 5. 13. *Ceus* autem correxit K., pro *Chius.* (6) Sic 1., K.: vulg. *ne p. e.* (7) Cf. *de F.* v. 5. 13., *Lael.* 1. 4. (8) I. e. Apud hunc vero: vidd. Wopkens. *LL. TT.* 199. [272. *H.*] et *M. Obss. Nov.* X. 148., Zumpt. § 803., Moser. *de Rep.* 64. b. Cf. mox "*Qui* si—;" inf. 2. 5., 4. 11. et 12., 9. 27., 15. 53. extr., 17. 59., *Lael.* 1. 5., 16. 56., 17. 62. et 64., 20. 71., 24. 88., 26. 97, 27. 100. et 102. (9) I. e. inducimus: vv. Nizol. et Ochsner.; adde *Tusc.* i. 10. 21., 40. 97., *de N. D.* iii. 16. 41., inf. 15. 54. (10) Sic saepissime duo casus pronominis *is* concurrunt: vid. Mueller. *CC. SS.* ad *p. Sext.* 53; adde *de Or.* i. 11. 48., iii. 2. 7., 14. 54., *in Verr.* i. 17. 46., 25. 64., ii. 28. 69., iii. 48. 114., iv. 28. 64., 42. 92., 47. 105., 64. 142., v. 24. 60., *Philipp.* v. 3. 7., vi. 3. 6., xi. 12. 30., *ad A.* xv. 8. 1., *Acad.* i. 5. 20., *de Rep.* i. 42. 65, *de L.* ii. 20. 50., *de N. D.* i. 8. 20., ii. 32. 81., *de Off.* iii. 22. 86. (11) Cf. 8. 26., 11. 38. (12) Cf. *Tusc.* i. 3. 5. (13) I. e. senem; vid. Hand. III. 280.: cf. *Acad.* ii. 2. 5., *Lael.* 2. 6. (14) Sc. *dicere.* (15) Poterat dicere *ipse Cato* (cf. *Lael.* 1. 5.); sed libenter utitur amplificatione: cf. 6. 16., 7. 22., 15. 52. extr., 20. 75. (16) V. Klotz. *Lael.* 93.

II. 4. (1) Vidd. Cortius ad Sallust. *C.* 52. 7., Wopkens. *M. Obss.* VI. 309. (2) Nota *saepe soleo:* cf. *de Or.* ii. 57. 233., *ad F.* i. 7. 3., iii. 2. 7., *ad A.* ii. 21. 2., *Tusc.* i. 21. 48., iii. 4. 8., *Lael.* 8. 26.: sic etiam *interdum* et *nonnumquam*, ut *in Verr.* ii. 20. 49., *p. Planc.* 3. 8., *Acad.* ii. 20. 65., *de F.* ii. 4. 12.; add. Scheller. *Obss.* 165. (3) Cf. *de Or.* i. 35. 163., *Lael.* 2. 7., 9. 32. (4) Sic 2., ut recte O.; cf. *de L.* i. 22. 58.: al. *tum.* Accedit Vetus Philologus noster, qui formulae, *quum—, tum—,* hunc ipsum locum affert exemplum: de qua Zumpt. *Verr.* 142., 227., 741., Matth. *p. Mil.* 1. 2., Stuerenb. *p. Arch.* 166-176; adde inf. 18. 65., 19. 68. (5) V. ad 1. 3. (6) Junge *cet. rer. sapientiam*, i. e. in ceteris rebus: vidd. Cortius

lentem, M. Cato, perfectamque sapientiam, tum vel[7] maxime[7], quod numquam senectutem tibi gravem[8] esse senserim[9]; quae plerisque senibus sic odiosa[10] est, ut onus se[11] Aetna[12] gravius dicant sustinere. CATO. Rem[13] haud[14] sane[15], Scipio[16] et Laeli[16], difficilem admirari videmini[17]. Quibus enim nihil est in ipsis[18] opis ad bene beateque vivendum, his omnis gravis est aetas: qui autem omnia bona[19] a se ipsis[20] petunt, his nihil potest malum videri, quod naturae necessitas[21] afferat. Quo[22] in[22] genere[23] est in primis senectus; quam ut adipiscantur, omnes optant[24]; eamdem accusant[25] adepti[26]. Tanta[27] est[28] inconstantia stultitiae[29]

ad Sallust. *C.* 52. 11., Madvig. *Opuscc.* I. 402. n.: cf. *de Or.* ii. 37. 154., iii. 16. 59. (7) Non habet idem ille Philologus noster *vel maxime*: cf. *p. Rosc. A.* 25. 69., *p. Flacco* 38. 94. (8) Nonius 315. (9) I. e. quod numquam senectus tibi gravis sit, ut sensi: v. ad *de Off.* i. 13. 40.; add. Zumpt. *Gr.* § 551. et ad *Verr.* p. 349., Moser. *de Rep.* 57., Gies. *de D.* 58., Klotz. *Lael.* 150., Beier. *de Off.* II. 397. et Fragmm. 130., Kritz. ad Sallust. *C.* 230., Gernhard. *Opuscc.* 108., Frotscher. ad Muret. II. 227.: cf. 5. 13., 12. 39., 17. 61., 18. 63. e., 19. 67., 23. 84. (10) Cf. 14. 47., 18. 65. (11) Cf. *Tusc.* i. 45. 109., iii. 28. 68. (12) Contulit Muret. Eurip. *Herc. F.* 637., Plaut. *Merc.* iv. 1. 5., seq., *Menaech.* v. 2. 4., seq. (13) I. e. res, quam admiramini, haud sane difficilis videtur; v. ad 1. 3.: cf. *Acad.* i. 2. 4., "*Rem* a me saepe *deliberatam* requiris; *Philipp.* ii. 18. 45., "Scisne, me de *rebus* mihi *notissimis* dicere?" inf. 14. 48. (14) *aut* 2., i. e. haut: Hand. III. 15. (15) Idem V. C. p. 24. (16) Sunt vocativi quasi monentis ut animum advertant et hoc quidem secum auferant sibique persuaderi penitus patiantur: cf. 3. 9., 11. 35., 21. 77., *Lael.* 12. 40., 14. 50., 27. 100. (17) Poterat dicere *admiramini*: vid. Zumpt. *Gr.* § 751. et ad *Verr.* p. 979.; adde *de Or.* i. 62. 262., inf. 7. 22., 14. 46., 16. 55. (18) Adhibe *Tusc.* v. 10. 30., 14. 42., *de N. D.* iii. 36. 88. (19) Del. Trev., frustra: cf. *Tusc.* v. 10. 30. (20) Cf. *Tusc.* v. 12. 36., *Parad.* ii. 17., v. 1. 34., *de N. D.* iii. 36. 88., *Lael.* 2. 7., 9. 30. (21) Cf. *in Cat.* iv. 4. 7., *de. D.* ii. 6. 17., *de Fa.* 9. 19., *de Off.* iii. 1. 3., inf. 21. 77. (22) Cf. 6., 19., *cujus a.* (23) I. e. Cujus generis in rebus: v. ad *de Off.* ii. 3. 10.; add. Zumpt. *Verr.* 385.: cf. 13. 45., *Lael.* 4. 15. (24) *exopt.* 2. (25) Cf. 5. 13. (26) Sic 2., ut recte K.: al. *tam.* Laudat De-G. Burmann. et Heyn. ad Virg. *Aen.* iv. 692., Cortium ad Sallust. *C.* p. 49., Arntzen. ad Panegg. Vett. 561. Ad sententiam conferunt VV. DD. versus Menecratis et Cratetis apud Stobaeum. Quin etiam Latinos versiculis in his quaerebat Gulielmius. (27) De epiphonemate Beier. *de Off.* I. 87.; adde 13. 44. (28) Al. *T. inest stultitiae*, male: Hand. III. 254. (29) De interpos. gen.

atque perversitas! Obrepere[30] aiunt eam citius, quam putassent[31]. Primum, quis[32] coëgit eos falsum putare? quî[33] enim citius adolescentiae senectus, quam pueritiae adolescentia obrepit? Deinde, quî minus gravis esset iis senectus, si octingentesimum annum agerent, quam octogesimum[34]? Praeterita enim aetas, quamvis[35] longa, quum effluxisset[36], nulla consolatione permulcere posset stultam[37] senectutem. 5. Quocirca, si[1] sapientiam meam admirari soletis (quae[2] utinam[3] digna esset opinione vestra vestroque[4] cognomine[5]!) in[6] hoc sumus[7] sapientes, quod naturam[8] optimam ducem[8], tamquam deum, sequimur eique paremus: a qua, non verisimile est[9], quum ceterae[10] partes aetatis bene descriptae[11] sint, extremum actum[12], tamquam[13]

ad l. 1. (30) Cf. 11. 38. e. (31) Cf. *de Off.* i. 23. 81. (32) Cf. *de N. D.* iii. 31. 76. (33) *Quid enim?* G., frustra: cf. apud M. *Tusc.* v. 31. 89., 37. 109. (34) I. e. quam octoges. *si agerent.* Frustra O. *q. si o.*: cf. *de D.* ii. 36. 78., "efficere, ut aut *ne* fieri possit auspicium, aut, si fiat, *videri*," sc. *ne possit*; ubi itidem frustra Lamb. *ne videri.* (35) I. e. quantumvis: v. ad *de Off.* i. 25. 86.; add. Moser. *Tusc.* I. 157.: cf. 7. 25., *Lael.* 5. 17. (36) Cf. 19. 69., Sallust. *J.* 1. 4. (37) Del. 1.

5. (1) I. e. quoniam: cf. § 6., 19. 67. (2) I. e. at utinam digna esset ea—: v. ad 1. 3.: cf. 6. 19. (3) *ut* 2. (4) Nim. active; i. e. quod vos mihi addere soletis: ne videatur in isto cogn. Cato tamquam plane sibi debito acquiescere. Cf. *p. Rab.*, *P. R.*, 5. 16. "*vestri* honores," i. e. a vobis dati. De chiasmo autem adjectivi Ellendt. *de Or.* II. 171. Sic uterque; nec secus Goëzius: vulg. *nostroque;* quod frustra Beier. excusat *de Off.* II. 209. (5) Np. Sapientis: cf. *Lael.* 2. 6. (6) Cf. 23. 85. (7) Nota ad plur. transit.: cf. *de Or.* i. 17. 78., ii. 18. 74., iii. 3. 9., *Orat.* 28. 102., *Brut.* 32. 123. 94. 323., *in Cat.* i. 8. 19., *p. Lig.* 7. 20., *Philipp.* iii. 5. 13., v. 13. 35. bis, vii. 3. 7., xii. 10. 24., *Acad.* ii. 3. 11. *de F.* i. 1. 1., *de L.* i. 11. 32., *de N. D.* i. 3. 6. bis, *de Off.* i. 22. 76., inf. 14. 50.; add. Ochsner. 250. et 486. (8)—(8) Cf. *de F.* i. 21. 71. *de L.* i. 6. 20., *de N. D.* i. 1. 2., ii. 51. 128., *Lael.* 5. 19., *de Off.* i. 7. 22. (9) Nota intercisam orat.: vidd. Beier. *de Off.* I. 103. et 112., seq., Ochsner. 69. et 251., Krueger. *de Attract.* 245.: cf. 9. 28., 11. 38., 18. 62., 22. 80. Nim. jungo cum O. *a qua . . . descriptae.* (10) V. ad 1. 3. (11) I. e. dispositae: Beier. *de Off.* I. 122. (12) Cf. 18. 64., 19. 70., 23. 85., *ad Q. Fr.* i. 1. 16. § 46. (13) I. e. quemadmodum; Madvig. *Opuscc.* I. 494.: mox iterum. Comparatio contractior: q. d., extremam partem esse neglectam, quemadmodum ab inerti poëta actus extremus fabulae solet: v. ad *de Off.* i. 17. 54., 38. 136.; add. Goerenz. *Acad.* ii. p. 60. b, *de F.* 289., *de L.* 89., Beier.

ab inerti poëta, esse neglectum[14]. Sed tamen[15] necesse[16] fuit esse[16] aliquid extremum et, tamquam[17] in[18] arborum bacis terraeque frugibus[19], maturitate tempestiva quasi vietum[20] et caducum: quod ferendum est molliter[21] sapienti. Quid est enim[22] aliud[23] gigantum modo bellare[24] cum diis[24], nisi naturae repugnare? 6. Laelius. Atqui[1], Cato, gratissimum[2] nobis, ut[3] etiam pro Scipione pollicear[3], feceris, si, quoniam speramus[4], volumus[5] quidem certe[6], senes fieri, ante[7] multo[8] a te didicerimus[9], quibus facillime rationibus ingravescentem[10] aetatem ferre possimus. Cato. Faciam[11] vero[12], Laeli; praesertim si[13] utrique vestrum, ut dicis[14], gratum[14] futurum[15] est[15]. Laelius. Volumus sane, nisi[16] molestum est[16], Cato, tamquam longam aliquam

de Off. II. 307.: cf. 11. 35., 36., 37., 14. 47., 23. 83., *Lael.* 27. 101. (14) Np. ab ipsa: vidd. Wopkens. *LL. TT.* 217. [296. *H.*] et *M. Obss. N.* X. 18. et 103., Krueger. *de Attract.* 239., seqq., Madvig. *Epist. Crit.* 106., seq., et 185., Klotz. *Qu. Tull.* I. 16., seqq., et 68., Bakius *Bibl. Crit. Nov.* V. 38., Matth. ad *p. Sext.* 59. 127. (15) I. e., opinor, neglecta quamvis non sit senectus a natura: v. ad 18. 65. (16)—(16) Goerenz. *de F.* 517. (17) Supra ad h. §. (18) Hand III. 265. 28. (19) *fructibus* 1., M.: at cf. *de D.* i. 51. 116.; add. Beier. *de Off.* II. 28. (20) Laudat Gies. ad *de D.* 249. Zinzerling. *Promuls. Crit.* c. 5. (21) Nota in bonam partem: vidd. Nonius 347., Goerenz. *de F.* 218., Beier. *de Off.* I. 168., interpp. ad Sallust. *J.* 82. 2. (22) Hand. II. 399. 5. (23) Notanda inversio quaedam, pro: *Quid est enim aliud naturae repugnare, nisi g. m. b. c. d.:* vidd. Ochsner. 253., Buechner. *p. Rosc. A.* 213. (24)—(24) Cf. *Tusc.* iii. 25. 60.

6. (1) Hand. I. 517. 5. (2) Cf. *Lael.* 4. 16. (3)—(3) Cf. *de Or.* ii. 89. 362., *Brut.* 32. 122., *Acad.* i. 8. 33., *de Rep.* i. 21. 34., *Lael.* 4. 16., 9. 32. (4) Debet spei quidem aliquid subesse rationis: cf. 19. 68., *ad F.* p. 36., 58., 66., 85., 87., 110. ed. Or. (5) *volimus* 2., et mox iterum. Cf. *de Off.* i. 39. 138.: v. Bakius *de L.* 496. (6) Hand. II. 27. 19., Mueller. *p. Sext.* 44. et *CC. SS.* item 44. (7) Hand. I. 374. 10. (8) Idem V. C. III. 665. 4.; etsi mei *m. a.* (9) Eodem redit res, ac si dixisset *nos docueris*. Et maluit post interposita illa *speramus volumus* una in persona pergere. (10) Cf. *ad F.* ii. 1. 2., ubi vid. Manut., *Lael.* 10. 33. (11) Perinde respondet C., ac si *nos docueris* a Laelio audisse sibi visus esset. (12) Kuehner. et Moser. ad *Tusc.* i. 11. 24.; adde *de N.D.* i. 7. 17. (13) V. ad § 5. (14)—(14) *Gratiss.* dixerat L. quidem: cf. *de N. D.* i. 6–7. (15) Potius quam *gratum facturus sum*, ne presse nimis Laelii verba sequatur. Et sic mavult plerumque variare: v. ad 14. 50. e., 15. 53. Cf. *Lael.* 4. 16. (16)—(16) Formula urbanitatis: Hand. IV. 230.;

viam[17] confeceris, quam[18] nobis quoque ingrediendum[18] sit, istud[19], quo pervenisti, videre[19], quale sit.

III. 7. CATO. Faciam, ut potero[1], Laeli. Saepe[2] enim interfui querelis aequalium[3] meorum (pares autem[4], veteri[5] proverbio[6], cum paribus facillime[7] congregantur[8]), quae[9] C. Salinator, quae[9] Sp. Albinus, homines consulares, nostri fere aequales[3], deplorare solebant; tum quod voluptatibus carerent, sine[10] quibus vitam nullam[11] putarent; tum quod spernerentur ab iis[12], a quibus essent coli[13] soliti. Qui[14] mihi non id videbantur accusare, quod esset[15] accusandum[16]. Nam, si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usu evenirent[17] reliquisque omnibus majoribus natu: quo-

adde *de F.* ii. 2. 5., *Tusc.* i. 12. 26., v. 29. 82., *de Rep.* i. 30. 46., *de Fa.* 2. 4. (17) Cf. 18. 66. Notandum etiam homoeoteleuton: vidd. Wopkens. *LL. TT.* 22. [30. *H.*] idemque *M. Obss. N.* X. 149., Ochsner. 100. et 352., Matth. *de Arte L. Scr.* 51. et *Oratt. Sex* 381., Ellendt. *de Or.* II. 17. et 361., Orell. *p. Planc.* 158., Moser. *Tusc.* I. 39. et 355., II. 354., 441., Osann. *de Rep.* 469., seqq., Gies. *de D.* 212., seq., Beier. *de Off.* I. 143., seq., et *Lael.* 122. et 137. (18)—(18) Zumpt. § 649. (19) Junge *istud . . . videre:* vidd. Matth. *p. L. M.* 12. 34., Madvig. *de F.* 386. et 719., Moser. *Tusc.* I. 183. et 519., Davis. *de N. D.* i. 26., Gies. *de D.* 320., Dietrich. *Qu. Gr.* 51., seqq., Hutter. *Lael.* 51. et 57., Ochsner. 50. et 221., Kritz. ad Sallust. *J.* 277., Krueger. *de Attract.* 135., 443.

III. 7. (1) Cf. *de Or.* iii. 52. 199., *de Rep.* i. 24. 38. (2) Est e Plat. *de Rep.* i. 3. p. 329. E. (3) Iterum mox, inf. 4. 10., 14. 46., *Lael.* 11. 37. (4) Hand. I. 570. 10.; adde *de Off.* i. 1. 2., 6. 18., 33. 120., iii., 33. 121. (5) Sic in *e* 1., 2.: v. Zumpt. *Verr.* 8. (6) De abl. Moser. *Tusc.* I. 91. (7) Lubentissime: v. ad *de Off.* ii. 19. 66. (8) I. e. se congregant; nim. reflexive: cf. *de Off.* ii. 5. 18. (9) *Quas* aliquot, frustra: cf. *ad F.* ii. 8. 2., apud O., "*sermonibus . . . quae—*" (10) I. e. quibus carentem; quasi adjective: sic mox, "*sine* querela:" cf. *de F.* i. 20. 66., *Tusc.* ii. 3. 7., inf. 16. 58. e.; adde mox ad "*nullam.*" (11) Cf. *de Or.* ii. 5. 20., *ad F.* vii. 1. 2., *Lael.* 23. 86., *de Off.* ii. 4. 15. (12) *his* 1., 2.: v. Ellendt. *de Or.* II. 193., seq. (13) Cf. 4. 10., 8. 26., 23. 83. (14) V. ad 1. 3. (15) Nota subj. in praeterita cogitatione ipsius loquentis: cf. *ad F.* xiii. 1. 1., *ad A.* xv. 22. (16) De participio Zumpt. § 650., Madvig. *de F.* 15., seq.: cf. *ad F.* ii. 8. 2., ix. 16. 5., xii. 23. 1., xiii. 18. 2., 29. 1., inf. 9. 29., *Lael.* 12. 41. et 43., 20. 72., 22. 83., 84., 23. 86. (17) *u. m. ev.* 2.; *venirent* edd. recc. fere, Latinum sit necne *usu evenire*, inter se digladiantibus Lindemanno ad *Rhetoric.* p. 699., seqq., et Orellio ad Wolfii Scholas ad *Tusc.* i. 30. 73. Equidem me-

rum ego[18] multorum cognovi senectutem sine[19] querela; qui se et[20] libidinum vinculis[21] laxatos[21] esse non[22] moleste[22] ferrent nec[23] a suis[24] despicerentur. Sed omnium istiusmodi querelarum in moribus[25] est culpa, non in aetate. Moderati[26] enim et nec difficiles[27] nec inhumani[28] senes tolerabilem senectutem[29] agunt[29]: importunitas[30] autem et inhumanitas omni aetati[31] molesta est. 8. LAELIUS. Est[1], ut dicis[1], Cato: sed fortasse dixerit[2] quispiam[3], tibi propter opes[4] et[5] copias[4] et[5] dignitatem tuam tolerabiliorem[6] senectutem videri; id autem non posse multis[7] contingere. CATO. Est istud quidem, Laeli, aliquid[8]; sed nequaquam in[9] isto sunt omnia[9]. Ut Themistocles[10] fertur Seriphio cuidam in jurgio respondisse, quum ille dixisset, non eum sua, sed patriae gloria splendorem assecutum; *Nec hercule*, inquit[11], *si ego Seriphius essem, nobilis*[12],

lius *evenire* de eo quod semel cuique fit et de ultimo eventu dici arbitror. ([18]) Cf. *de Or.* i. 51. 219., iii. 18. 68., *de F.* ii. 13. 39., *Parad.* v. 33., inf. 16. 55., 23. 84. ([19]) I. e. vacuam q.; v. supra ad h. c.: cf. *de Off.* ii. 23. 82. ([20]) Nota *et* quasi e suo loco transpositum: vv. Wopkens. *LL. TT.* 32. [45. H.], Zumpt. *Verr.* 156., 158., 554., Madvig. *de F.* 73 et 162., Bakius *de L.* 458., adde *Brut.* 26. 100., *et;* 61. 220., *nec; Orat.* 21. 70., *et;* 27. 92., *quum; Tusc.* iv. 3. 5., *et;* 36. 78., *aut; de N. D.* iii. 20. 52., *aut; Lael.* 13. 44., *et;* 17. 64., *aut; de Off.* ii. 16. 56., *vel.* ([21]) Cf. 22. 81. ([22]) I. e. libenter, facile, laete. Ad rem cf. 14. 47. ([23]) V. *Doctr.* nostr. ii. 205. ([24]) Quasi substantive; np. amicis; v. Palairet: cf. *Lael.* 19. 70., 20. 71. ([25]) Cf. Plat. *de Rep.* i. 2. p. 329. D., inf. 18. 65. ([26]) Qui sibi moderantur; reflexive. ([27]) Cf. 18. 65. ([28]) Obliti conditionum, quibus nati sunt et vivunt homines. ([29]) Dictum, ut *vitam, aetatem agere.* ([30]) Noluit *difficultas:* etsi dixit *p. Mur.* 9. 19. ([31]) - *te* aliquot, male: cf. 19. 68.

8. ([1]) Cf. *de Or.* ii. 13. 54., 36. 152., *de F.* iii. 5. 19. v. 1. 3., 25. 75., *de Rep.* i. 40. 62. ([2]) Cf. *de N. D.* iii. 31. 76., *de Off.* iii. 6. 29., 19. 76., 27. 100., 28. 102. ([3]) Klotz. *Lael.* 153. ([4]) — ([4]) Cf. *Lael.* 14. 51. ([5]) Cf. 13. 44. ([6]) - *lem* 2. Saepe abundat quodammodo vis comparativi: cf. 5. 15., 16. 56., 18. 65., *Lael.* 4. 14. et 15. bis, 6. 22. e., 16. 59., 18. 66., 19. 70. ([7]) Cf. 5. 13. ([8]) V. ad *de D.* ii. 52.: cf. 13. 44. ([9])— ([9]) Cf. *ad A.* i. 16. 2., *Tusc.* iii. 22. 52. ([10]) Cf. *de Or.* ii. 71. 286. ([11]) Supra est *fertur respondisse.* Nunc addit *inquit*, ipsa reddens verba respondentis. vv. Priscian. xvii. 1. 4., Soldan. *p. Deiot.* 212., seq., Ochsner. 379.; adde Liv. i. 45., vii. 16., inf. 22. 81. ([12]) Communi utuntur Graeci scriptores epitheto. Sed licuit Ci-

nec[13], *tu*[14] *si Atheniensis esses, clarus*[15] *umquam*[16] *fuisses.* Quod[17] eodem modo de senectute dici potest[17]. Nec[18] enim in[19] summa inopia levis esse senectus potest ne[20] sapienti quidem[21], nec insipienti etiam in summa copia non gravis. 9. Aptissima omnino[1] sunt, Scipio[2] et Laeli[2], arma[3] senectutis artes exercitationesque virtutum; quae in[4] omni aetate cultae, quum diu[5] multumque[5] vixeris, mirificos efferunt[6] fructus; non solum quia numquam deserunt[7], ne extremo[8] quidem tempore aetatis[9] (quamquam[10] id quidem[10] maximum est), verum[11] etiam quia conscientia bene actae vitae multorumque bene factorum recordatio jucundissima est.

IV. 10. Ego Q.[1] Maximum, eum[2], qui Tarentum recepit[3], senem[4] adolescens[4] ita[5] dilexi, ut[5] aequalem[6]. Erat[7] enim in[7] illo viro[8] comitate[9] condita[10] gravitas, nec senectus mores[11] mutaverat[11]: quamquam[12] eum

ceroni variare. (13) Hand. IV. 126. (14) Sic malui distinguere; vulg. *nec tu, si*—: cf. *Tusc.* i. 6. 13., *de N. D.* iii. 6. ed. nostr. (15) V. ad. 4. 12. (16) Abundat fere *umquam*: cf. 9. 27., *in Verr.* iii. 1. 3. Sic etiam *numquam* pro *non* 4. 11. (17)—(17) Cf. *de F.* ii. 22., 72. (18) *Neque* G.: v. supra ad h. §. (19) I. e. quum est summa inopia: v. Hand. III. 256. 14., 258. 16.: cf. 4. 12., 7. 22., 9. 28., 10. 34., 12. 40., 18. 65., 20. 76. (20) Tollo distinctionem post *potest*, ut sit continua negatio. (21) Hand. IV. 64. 7.

9. (1) Hand. IV. 378. 11. (2)—(2) Cf. 2. 4. (3) Cf. *de Or.* i. 38. 172., *Brut.* 2. 7., *de H. R.* 4. 7. (4) I. e. per omnem v.: vidd. Hand. III. 285. (etsi aliter ipse 282.), Zumpt. *Verr.* 42.; adde *in Caecil.* 12. 40., *ad F.* xv. 4. 16., *ad A.* v. 20. 6., *Lael.* 8. 12., inf. 8. 26., 19. 66. (5)—(5) Al. *m. d.que*: v. Hand. II. 289. 9. (6) Cf. *Brut.* 4. 16., *de Rep.* ii. 4. 9., *de N. D.* ii. 60. 151., *de Off.* i. 15. 48. (7) Adhibe *Acad.* i. 10. 38., *Tusc.* ii. 14. (8) *in extr.* 1., 2.; v. Hand. III. 281.: cf. 9. 30. (9) Inclusit O.: cf. 9. 30. (10)—(10) Cf. 9. 30. Et sic uterque addit *quidem*. (11) Del. 2.: v. Garaton. ad *Philipp.* iii. 1.

IV. 10. (1) *E. quidem M.* G., male. (2) Ferrar. ad *Philipp.* ix. 2., Goerenz. *de L.* 70., Ochsner. 359.: cf. 11. 35., 21. 78. (3) Cf. § 11. (4) Cf. *Philipp.* viii. 4. 13.; add. Klotz. *Lael.* 92. (5) Cf. *in Verr.* ii. 36. 89., *de Off.* i. 41. 149., inf. 22. 81.: add. Mueller. *p. Sext.* 23. (6) Cf. 3. 7. (7)—(7) Hand. III. 254.; adde *de Rep.* ii. 1. 1., 20. 35., inf. 10. 34., 11. 34., 17. 61. (8) Cf. § 12.; vv. Ellendt. *de Or.* II. 355., seq.; Zumpt. *Verr.* 148. (9) V. ad *de Off.* iii. 5. 24. (10) Cf. *p. Mur.* 31. 66. (11) Cf. *Lael.* 10. 33. (12) Cf. 1. 1. (13) Cf. 3. 7. (14) Hand.

colere[13] coepi non admodum[14] grandem[15] natu[15], sed tamen jam aetate provectum[16]. Anno[17] enim post[18] consul primum fuerat, quam[18] ego natus sum; cumque eo quartum consule adolescentulus miles profectus sum ad[19] Capuam, quintoque anno post ad[19] Tarentum. Quaestor[20] deinde quadriennio post factus sum: quem[21] magistratum[21] gessi consulibus Tuditano et Cethego, quum[22] quidem[22] ille admodum[23] senex suasor legis Cinciae de donis et muneribus fuit. Hic et[24] bella gerebat ut adolescens, quum plane grandis[25] esset, et Hannibalem juveniliter exsultantem[26] patientia sua molliebat[27]: de quo praeclare familiaris[28] noster Ennius[29]:

Unus homo[30] nobis cunctando restituit rem;
Non enim[31] rumores[32] ponebat[33] ante salutem:
Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.

11. Tarentum vero qua vigilantia[1], quo consilio recepit! quum[2] quidem[2] me audiente Salinatori[3], qui amisso oppido fugerat in arcem, glorianti atque[4] ita dicenti[4]: *Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti:* *Certe*[5], inquit ridens; *nam, nisi tu amisisses, numquam*[6]

I. 172. 2.; adde mox et 9. 30. (15) Cf. 18. 63. (16) Cf. *Brut*. 34. 129., *Tusc*. i. 39. 94., *de D*. ii. 2. 5., *Lael*. 10. 34. (17) Cf. 6. 19., *Lael*. 3. 11. (18)—(18) Hand. IV. 497. 11. Falso aliquot *postquam c. p. f., ego n. s.* (19) Hand. I. 80. (20) Sic Pighius quidem: nam codd. fere *ad T. quaestor; deinde aedilis, q. p. f. s. praetor.* (21) Cf. *ad F*. iii. 10. 11., inf. 9. 30., 11. 36. (22) Cf. § 11., inf. 12. 41., *Brut*. 20. 80., *Orat*. 8. 26., *ad F*. i. 9. 19., vii. 26. 1., *ad A*. v. 9. 1., *de L*. ii. 6. 14., *de N. D*. i. 26. 72., *de D*. i. 33. 72. (23) Supra ad h. §. (24) Cf. 1. 1. (25) Cf. 6. 16. (26) Nonius 301. (27) Idem 347. Cf. Flor. ii. 6. "*maceravit*." (28) Cf. *de N. D*. i. 44. 123., ii. 34. 88. (29) Cf. *de Off*. i. 24. 84. (30) *unus qui* I., 2., nim. ex Virg. *Aen*. vi. 847. (31) Hand. II. 404. 6. (32) Liv. xliv. 22. (33) Cf. *de D*. i. 48. 107.,—" uter essĕt induperator."

11. (1) I. e. Quanta vero illa v., qua T. recepit: v. ad 1. 3. (2) V. ad § 10. (3) Cf. *de Or*. ii. 67. 273. Etsi non Salinatori Livio, sed Macato responsum hoc est. (4)—(4) Debetur declaratio verbis extra structuram grammaticam ponendis. (5) Hand. II. 24. 13. (6) Nota pro *non*: vidd. Scheller. *Obss*. 287., Ochsner. 90., Rau *VV. LL*. 168., Hand. IV. 328. 2.; adde *Tusc*. iii. 8. 16., iv. 3. 5., 16.

recepissem. Nec vero in[7] armis praestantior, quam in[7] toga; qui[8] consul iterum, Sp. Carvilio collega quiescente[9], C. Flaminio, tribuno plebis, quoad[10] potuit, restitit[11], agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem[12] dividenti[13], augurque quum[14] esset, dicere ausus[15] est, "*optimis auspiciis*[16] *ea geri, quae pro reipublicae salute gererentur; quae contra rempublicam*[17] *ferrentur, contra auspicia ferri.*" 12. Multa in[1] eo viro[2] praeclara cognovi; sed nihil est[3] admirabilius[4], quam quo modo ille[5] mortem M[6]. filii tulit[7], clari[8] viri et consularis. Est in manibus[9] laudatio[10] quam[11] quum legimus[11], quem philosophum non contemnimus[12]? Nec vero ille in luce[13] modo atque in

36., 19. 44., *Lael.* 16. 57., *de Off.* iii. 29. 108. (7) Hand. III. 260. 19. (8) I. e. is enim: v. ad 1. 3. (9) Cf. *p. Sext.* 38. 81., *ad A.* vii. 9. 2. (10) Cf. *de L.* iii. 16. 36. (11) Cf. *de L.* iii. 16. 36., *de Off.* ii. 24. 84. (12) Erat ista forma senatusconsulti sine vi, quum quacumque de causa senatus, ne S. C. faceret, impediretur; vid. Dio Cassius l. lv.: cf. *ad F.* i. 2. 4., 7. 4., viii. 8. 4., xi. 7. 2. (13) Conanti dividere: Cf. *de Or.* i. 40. 181., *dedidisset; p. Sulla* 17. 49., *eripiebant; p. Mil.* 4. 9., *eriperet; Philipp.* i. 14. 35., *flectem; ad F.* i. 4. 1., *transferebant; ad A.* i. 14. 5., *facienti; Parad.* vi. 2. 48., *dabat; de D.* i. 35. 77., *differebat;* et ii. 31. 67., *evellebat; Lael.* 20. 75., *impedientem;* et 25. 96., *influebat;* et ibid. *transferebatur:* add. Cortius ad Sallust. *J.* 66. 2., 109. 3., item Kritz. ad 27. 1. Ad rem vero adhibe *Brut.* 14. 57. (14) V. ad 16. 55. (15) Klotz. *Lael.* 85. (16) Εἰς οἰωνὸς—. Cf. *de D.* ii. 37. 79. (17) I. e. reip. salutem.

12. (1) I. e. fere *ejus viri:* cf. 18. 64. (2) V. ad § 10. (3) Del. aliquot, nim. repetentes *cognovi;* frustra: cf. *de Or.* ii. 46. 192. u. v. Henrichsen.; adde nos *d Off.* i. 20. 69. Neque ista ration addi poterat mox *ille.* (4) Not variatum adj.: v. ad *de N. D.* ii 45., *de Off.* iii. 4. 19. (5) Intelligis, nihil admirabilius dici, nequ in ipso isto neque in aliis. (6 Omittunt edd. recc. fere notan *M.*, scil. quia non Marco esset, se Quinctio cognomen. At ego pr *Maximi* accipio! Sic Cael.: ad Cic patrem (*ad F.* viii. 15. e.), "*Ciceroni F.* S. D.;" sic solet Cic *Catulus pater, Catulus filius.* (7 Quam modus, quo tulit: Buechner. *p. Rosc. A.* 264., Zumpt *Verr.* 366., seq., Moser. *Tusc.* I 99., Hand. ad Wopkens. 203. Daehn. ad Seebod. *M. Cr.* II 254., Kritz. ad Sallust. *C.* 282 et. *J.* 21. Ad verbum cf. *Lael.* 2 7. et 9.; ad rem *ad F.* iv. 6. 1. *Tusc.* iii. 28. 70. (8) Cf. 7. 22. *de Rep.* iii. 3. 5., *de L.* i. 5. 17. *Lael.* 2. 6., *de Off.* iii. 29. 108. (9 Np. hominum: cf. *Lael.* 25. 96. v. Hand. III. 249. 3. (10) Sc. qu pater filium in funere laudavit (11)—(11) Cf. *Tusc.* i. 31. 76. (12 Ochsner. 45. et 238. (13) Cf. *ad*

oculis[14] civium magnus, sed intus domique[15] praestantior[16]. Qui sermo[17]! quae praecepta! quanta notitia antiquitatis! quae[18] scientia juris augurii[19]! Multae etiam, ut[20] in[21] homine Romano[22], literae[23]. Omnia memoria[24] tenebat[24], non domestica[25] solum, sed etiam externa[26] bella. Cujus[27] sermone[28] ita[29] tunc cupide fruebar, quasi[30] jam divinarem id, quod evenit, illo exstincto fore, unde[31] discerem, neminem[32].

V. 13. Quorsum[1] igitur[2] haec[3] tam multa de Maximo? Quia profecto[4] videtis[5], nefas esse dictu, miseram fuisse talem[6] senectutem. Nec[7] tamen[7] omnes[8] possunt esse Scipiones[9] aut Maximi[10], ut[11] urbium expugnationes[12], ut pedestres[13] navalesve[14] pugnas, ut

Q. Fr. i. 1. 2. § 9.; add. Hand. III. 250. 4. (14) V. ad *de Off.* iii. 1. 3.; add. Hand. III. 250. 4. (15) Cf. *Philipp.* ii. 28. 69. (16) I. e. sed etiam . . . , et quidem major ibi: cf. 11. 36., 13. 44., 19. 70., *Lael.* 12. 43. De variato autem adj. supra ad h. §. (17) Noluit in nominativo ipsius Maximi pergere: cf. 10. 34., 11. 37., *Lael.* 13. 44. (18) Accipe pro altero *quanta*: cf. *in Verr.* v. 56. 145., *de Off.* ii. 3. 10. (19) Cf. *ad F.* iii. 9. 3. (20) I. e. ut haberi possunt multae in h. R.: cf. *Brut.* 7. 27., 10. 39., 28. 107., *de F.* iv. 1. 1., *Tusc.* i. 8. 15., *de Rep.* i. 37. 58., *de D.* ii. 13. 30. (21) I. e. quum esset homo R.; v. ad 3. 8. (22) Cf. *de Fa.* 2. 4. Ad rem Sallust. *C.* 8. (23) Sc. erant in eo. Cf. *Brut.* 35. 132., 76. 265., *Philipp.* ii. 45. 116. (24) *-ae* 1., Ox. ψ; et quasi formulae *memoriae tenere* habet rationem Vetus Philologus noster § 63. Interim cf. *ad F.* p. 41., 95., 109., 111., 153., 154., 297. ed. Or. (25) I. e. nostrae reip.: cf. *de Off.* ii. 8. 26. (26) Cf. 6. 20. (27) V. ad 1. 3. (28) Cf. *de Rep.* ii. 1. 1. (29) *ita c. f. tunc* 1., 2.: v. ad 11. 35. (30) Hand. III. 469. 2.: cf. 8. 26. (31) Gronov. *Obss.* iv. 11. et ibi Frotscher. p. 427., Cortius ad Sallust. *J.* 14. 22. (32) Soldan. *p. Lig.* 92., Borgers. *Parad.* 62., Stuerenb. *de Off.* 189., necnon Ciceronianus noster § 12.

V. 13. (1) *-us* O.; v. Moser. *Tusc.* I. 198.: cf. 13. 44., *Lael.* 12. 42. (2) Cf. *Tusc.* i. 25. 60., inf. 13. 44. (3) Inclusit O., frustra. (4) Hand. IV. 596. 3.: cf. 23. 84., *Lael.* 1. 2., 13. 48., 19. 70. (5) I. e. Quia, sicut prof. v., nefas est d.: v. ad 2. 4. (6) Senect., quae talis esset: cf. Sallust. *C.* 23. 4., *J.* 112. 3. (7) V. ad *de Off.* ii. 21. 74.; adde *de Or.* iii. 26. 103. (8) Cf. 3. 8. (9) Tales, qualis Scipio (Africanus, *de Or.* ii. 48. 210.) fuit; cf. *Brut.* 17. 67., "*Hyperidae* volunt esse." (10) Alterum addendum erat exemplum, ut posset lata quae sequitur uti exegesi. (11) V. ad *de Off.* iii. 3. 15.; add. Faesius in Seebod. *M. Cr.* II. 707., Ellendt. *de Or.* II. 7. et 179.: cf. 10. 33., 23. 82., *Lael.* 19. 70. (12) De plur. Ellendt. *de Or.* II. 380. (13) I. e.

bella a se gesta, ut[15] triumphos recordentur. Est etiam[16] quiete[17] et pure atque[18] eleganter[19] actae aetatis[20] placida ac lenis[21] senectus; qualem accepimus Platonis[22], qui uno[23] et octogesimo anno scribens[24] est[25] mortuus; qualem Isocratis[26], qui eum librum, qui Panathenaicus inscribitur, quarto[27] et nonagesimo[27] anno scripsisse dicitur[28] vixitque quinquennium postea: cujus magister Leontinus[29] Gorgias centum et septem complevit annos neque umquam in[30] suo studio atque[31] opere cessavit[32]; qui, quum ex[33] eo quaereretur, cur tam diu vellet esse[34] in vita[34], *Nihil habeo*[35], inquit[36], *quod*[35] *accusem*[37] *senectutem.* 14. Praeclarum[1] responsum[2] et docto[3] homine dignum[4]! Sua enim vitia insipientes[2] et suam culpam in senectutem conferunt[5].

terrestres; nim. a parte majore nomen: v. Davis. ad Hirt. *de B. Alex.* 26. (14) *n.que* O., frustra. Intellige: p. alias, alias n.: cf. 16. 57. (15) Del. 1.: v. ad 7. 23. (16) Deminutive; v. *Doctr.* nostr. ii. 42.: cf. 14. 48. (17) Cf. *de Off.* i. 21. 73. (18) *ac* 1., et mox 2.: vv. Mahn. *Misc. Lat.* 1.–16., Osann. *de Rep.* 462., seqq. (19) Cf. *p. Sulla* 28. 79., *p. Planc.* 12. 31. (20) I. e. eorum, qui eleganter egerunt aetatem: cf. 11. 34., 14. 46., 16. 57., 19. 68., *de Off.* i. 34. 122., ii. 13. 45. (21) *levis* 2.: cf. 8. 26. (22) Sc. *senect.*: v. ad 9. 27. Ad rem Val. Max. viii. 7. 3. (23) Cf. *ad F.* viii. 8. 3., xiv. 5. 1. (24) I. e. dum scribit: cf. *ad F.* x. 3. 1., *ad A.* vii. 11. 5. (25) Sic 2.; al. *m. est*: cf. *Acad.* ii. 19. 61., *de N. D.* iii. 32. 81. (26) Val. Max. viii. 7. 9. (27)—(27) *n. q.* 1., *n. et q.* 2.: v. Scheller. *Obss.* 70. (28) Sic 1., 2.: edd. recc. *se dicit*, scil. quia ipse dicat initio libri. Sed potuit senex noster dissimulare, quasi potius audisset quam legisset: cf. 21. 78., "*Audiebam.*" (29) De praemisso patrio Ellendt. *de Or.* II. 219., Orell. *Orat.* 33., Otto *de F.* 80.: cf. 13. 43., *Lael.* 23. 88. (30) Cf. 7. 23., u. v., 14., 46. et 49. (31) *ac* 2., ut supra paulo 1. (32) Cf. 6. 18., *de Off.* iii. 1. 1. (33) V. ad 13. 43. (34)—(34) Cf. *ad Q. Fr.* i. 3. 5. (35)—(35) I. e. nihil novi, nihil habeo cognitum, compertum, exploratum; v. ad 19. 68.: cf. *in Verr.* ii. 37. 90., "Dicebant se illi *nihil habere*, quod dicerent;" *ad F.* ii. 8. 2., "Neque . . . *habeo, quod* te accusem." (36) Sic cum praeterito *Tusc.* i. 43. 104., *de N. D.* i. 22. 60. (37) *inc.* edd. multae, contra et codd. et morem: cf. 2. 4., 3. 7.

14. (1) De epiphonemate Goerenz. *de F.* 224. b, Gies. *de D.* 211., Beier. *de Off.* I. 87. (2) V. ad 1. 1. (3) I. e. philosopho: cf. *de Off.* ii. 1. 2., iii. 1. 3.: v. Bakius *de L.* 358., seq. (4) Cf. *de Off.* iii. 1. 1. (5) I. e. totam transferunt. (6)—(6) Del. 1. *Ennius*, frustra: cf. *Brut.* 81. 279., *de Off.* ii. 7. 26. (7) Hand. III. 643. 2.; adde inf. 18. 63. (8) V. ad 18. 63. (9) Sic. 2.; vulg.

Quod non faciebat is[6], cujus[6] modo[7] mentionem[8] feci[8], Ennius[6]:

Sicut equus[9] fortis, spatio qui saepe supremo
Vicit Olympia[10], nec[11] senio confectu'[12] quiescit.

Equi fortis et victoris[13] senectuti[14] comparat suam. Quem[15] quidem probe[15] meminisse[15] potestis. Anno enim undevicesimo[16] post ejus mortem[17], hi[18] consules, T. Flamininus et M. Acilius, facti[19] sunt: ille autem Caepione et Philippo, iterum, consulibus mortuus est; quum ego quidem[20] quinque et sexaginta annos natus legem Voconiam[21] voce magna[22] et bonis[23] lateribus[23] suasissem[24]. Annos septuaginta natus (tot enim vixit Ennius[25]) ita ferebat duo[26], quae maxima putantur[27], onera, paupertatem et senectutem, ut eis paene delectari videretur. 15. Etenim[1], quum complector[2] animo,

f. e.: cf. Soph. *El.* 25. Exstat autem Ennii locus p. 178. ed. Lips. 1825. ([10]) Sc. *certamina*: nim. acc. Gr.; Ochsner. 275. ([11]) Sic 2.; i. e. ne senio quidem (Hand. IV. 105. 15.), id quod longe melius vulgato *nunc* Sophocleis respondet. Ceterum ad utrumque, censeo, pariter, et ad particip. et ad verb., pertinebit negatio: ne senio quidem confectus est et quiescit: cf. *de N. D.* ii. 44. 114., *de D.* ii. 62. 128., inf. 11. 35. ([12]) V. ad 1. 1. ([13]) Cf. *in Verr.* v. 37. 97., *p. L. M.* 9. 25. ([14]) *-tem* 2. Fortasse: *Equo forti et v. senect. comp. suam*: v. ad *de N. D.* i. 5., *de Off.* i. 22. 76. Ceterum, quoniam haec frustra inclusit O., cf. similem *de N. D.* ii. 35. 89. enarrationem. ([15])—([15])—([15]) Cf. *de Or.* iii. 50. 194. De acc. autem personae Zumpt. § 440., Henrichsen. *de Or.* iii. 33. 133.: cf. 9. 30. ([16]) Non dicit Cic. *nonusdecimus*. ([17]) Cf. 6. 19., *Lael.* 1. 3. et 5., 12. 42. ([18]) I. e. qui sunt hujus anni: Cortius *ad F.* 63., Ochsner. 180., Kritz. ad Sallust. *J.* p. 26.; cf 14. 50., 23. 84. ([19]) V. ad 16. 56. ([20]) Deest codd. fere; et del. M.: sed facile potuit ante *quinque* (sic mei) excidere: cf. 4. 10. ([21]) Cf. *de Rep.* iii. 10. 17. ([22]) *m. v.* 1., 2. De chiasmo ad 2. 5. ([23]) Cf. 9. 28.: v. Ellendt. *de Or.* II. 69. et *Brut.* 146. ([24]) Cf. *Brut.* 23. 89., *de Off.* iii. 30. 109. Notandus acc. definitae significationis contra Zumpt. § 385. et Ellendt. *de Or.* II. 29. ([25]) Abundat fere *Ennius*. Sed sic saepe redit proprium, ubi rei grammaticae quidem poterat pron. satisfacere; ut *de Or.* i. 7. 24., ii. 68. 276., *Brut.* 7. 26., *in Verr.* i. 13. 35., ii. 24. 59., *p. L.M.* 11. 30., *Philipp.* xiv. 3. 9., 4. 9., *de D.* ii. 66. 135., inf. 10. 31., 17. 59.; add. Wopkens. *M. Obss. N.* X. 96., seq.: cf. *de Or.* ii. 55. 224., "*tot* enim . . . *Bruti* libri." ([26]) Cf. *p. Mur.* 28. 58., *ad A.* x. 8. 6., *de F.* ii. 4. 13., 18. 40., *de Rep.* ii. 10. 17., 14. 27., *de N. D.* ii. 15. 40., *de Off.* iii. 1. 1. ([27]) *duo maxima (quae putantur) onera?*

15. ([1]) Hand. II. 541. 2. ([2]) Sic 1, 2.; vulg. *contemplor*: cf.

quatuor[3] reperio[4] causas, cur[5] senectus misera videatur; unam, quod avocet[6] a rebus gerendis; alteram, quod corpus faciat infirmius[7]; tertiam, quod privet[8] omnibus fere voluptatibus; quartam, quod haud procul absit a morte. Earum, si placet[9], causarum[10], quanta quamque[11] sit justa unaquaeque, videamus[12].

VI. A rebus gerendis senectus abstrahit[1]. Quibus? an[2] iis[3], quae in juventute[4] geruntur[5] et viribus? Nullaene[6] igitur res sunt seniles, quae, vel infirmis corporibus[7], animo[7] tamen administrentur? Nihil[8] ergo[9] agebat Q. Maximus; nihil L. Paullus, pater tuus, Scipio[10], socer optimi[11] viri[12], filii mei; ceteri senes, Fabricii[13], Curii, Coruncanii, quum rem publicam[14] consilio[15] et auctoritate[15] defendebant, nihil agebant. 16. Ad App. Claudii[1] senectutem accedebat[2] etiam[3], ut caecus esset[4]: tamen is, quum sententia[5] senatus[5] in-

de Or. i. 5. 19., *ad F.* v. 17. 4., *de Off.* i. 32. 117. (3) *quattuor* 1.: vv. Schneider. I. 446., Ellendt. *de Or.* I. 418. Praeponunt autem numerale uterque, recte: vulg. *rep. q. c.* Reperit enim C., non ille quidem ipsas causas, sed esse causas numero quatuor: cf. *Lael.* 16. 56., "*tres* video—." (4) Cf. 6. 20., 12. 41. e., *Tusc.* iv. 3. 5. (5) *in quibus s. v. m.* 2. (6) Np. senes: sic mox "*privet;*" 6. 15., "*abstrahit;*" 19. 66., "*angere.*" (7) *-um* 1. 2.: v. ad 3. 8. (8) V. ad "*avocet*" supra. (9) Formula urbanitatis: cf. 23. 82., *de Or.* iii. 24. 90., *Brut.* 75. 262., *de D.* i. 24. 52., *Lael.* 11. 36., *de Off.* iii. 18. 73. (10) V. ad *de N. D.* ii. 53. e. (11) Stuerenb. *p. Arch.* 37. (12) V. ad 23. 82.

VI. (1) Nota variatum verbum: cf. *Lael.* 16. 57.: v. ad 15. 53. (2) Hand. I. 353. 13. (3) *ab iis* 1., frustra: cf. *in Verr.* i. 56. 146., *in Pis.* 37. 91. Vidd. Wopkens. *LL. TT.* 4. et 15. [6. et 21. *H.*] et *M. Obss.* VIII. 23., seq., *M. Obss. Nov.* II. 104., Otto *de F.* 407., Moser. *Tusc.* I. 326., Ochsner. 254. et 485., nos *de Off.* i. 31. 112. (4) Al. *in j.* (5) V. ad I. 1. (6) Tollit *-ne* uterque. (7) Nota *corporibus, animo:* contra 22. 81. (8) Ironiam esse intelligo; itaque signa tollo interrogationis. (9) Hand. II. 455. 5., Ellendt. *de Or.* II. 375. (10) Del. uterque. (11) Cf. 19. 68., 23. 84. (12) Del. 2. (13) I. e. Fabricius et similes Fabricii: Ellendt. *de Or.* II. 120., seq., *Brut.* 179., Mueller. *p. Sext.* 179., Ochsner. 195.: cf. *Lael.* 6. 21. (14) *rē pupl.* 2. De separata autem scriptione Cl. Maius ad *de Rep.* i. 3. (15)—(15) Cf. § 17.

16. (1) *-di* 2. Cf. de Appio *Tusc.* v. 38. 112., inf. 11. 37.: qui tamen a nonnullis traditus est simulasse caecitatem; v. Wolf. *de H. R.* 360. (2) Matth. *p. Rosc. A.* 31. 86. (3) Hand. II. 548. adde *ad F.* p. 62., 69., 117., 147., 156. ed. Or. (4) *foret* 2. (5) I. e. *senatus:* v. ad 1. 3. e. (6) V. ad 1.

clinaret ad pacem cum Pyrrho[6] foedusque faciendum[7], non dubitavit[8] dicere[8] illa, quae versibus persecutus[9] est Ennius :

> *Quo vobis mentes, rectae quae stare solebant*
> *Antehac*[10], *dementis*[11] *sese flexere vietae*[12] *?*

quo, qui eos arcessebant[15], viatores nominati sunt. Num[16] igitur horum senectus miserabilis fuit[17], qui se agri cultione[18] oblectabant? Mea[19] quidem sententia[19], haud scio, an nulla[20] possit beatior[21] esse: neque solum officio, quod hominum generi universo cultura agrorum est salutaris, sed et delectatione, quam dixi[22], et saturitate copiaque rerum omnium, quae ad victum hominum, ad cultum etiam[23] deorum pertinent; ut[24], quoniam haec[25] quidam desiderant, in gratiam[26] jam[27] cum voluptate redeamus[26]. Semper enim boni[28] assiduique[29] domini[30] referta cella vinaria, olearia, etiam[31] penaria[32] est, villaque tota locuples est; abundat porco[33], haedo, agno, gallina[34], lacte, caseo, melle. Jam[35] hortum ipsi agricolae succidiam[36] alteram appellant. (Conditiora[37] facit haec supervacanei etiam operis[38] aucupium[39] atque venatio[39].) 57. Quid[1] de pratorum viriditate aut arborum ordinibus aut vinea-

iv. 17., Gernh. *Opuscc.* 135. De verbo Nonius 355., Ochsner. 164. (11) Cf. *de Off.* i. 22. 76. (12) *accers.* 1., 2.: v. Ellendt. *de Or.* I. 261., seq. (13) *ut* 2. (14) Np. Dentatus. (15) Puta quales recensuit 6. 15. (16) Cf. 6. 19. (17) Om. Nonius 488., inter lineas habet 2. (18) Nonius 488.; adde *in Verr.* iii. 97. 226. (19)—(19) Bakius *de L.* 492. (20) Np. senectus. Recte autem negativum dedit Ern.; al. *ulla;* vv. Zumpt. § 721., Hand. I. 328.: dissentientibus tamen Gernh. *Opuscc.* 53. et Beiero *de Off.* I. 338. Cf. *de Or.* ii. 4. 18. (21) Sic 1., 2.: al. *b. e. p.*, *b. p. e.*: vv. Heind. *de N. D.* 136., Beier. *de Off.* II. 48. (22) C. 15. (23) Hand. II. 560. 2., Soldan. *p. Lig.* 65. (24) Cf. 15. 52. (25) Laudat G. Xenoph. *Oecon.* 5. 10. (26)—(26) Elegans translatio: cf. 14. 46. Proprie *in Caecil.* 18. 58., *de Prov.* 20. 47., *Philipp.* ii. 30. 76., *ad F.* iii. 10. 8. (27) Hand. III. 139. 16.; adde *in Verr.* ii. 73. 180., *Philipp.* v. 1. 2., 2. 4., *ad A.* x. 14. 3., xi. 6. 2. (28) I. e. cui est aliquid bonorum: v. Cort. ad Sallust. *C.* 33. 2. (29) I. e. qui est assidue in praedio: v. Ern. *C. C.* (30) V. Forcell. ed. Germ. (31) Hand. II. 559. 1. (32) Cf. *in Verr.* ii. 2. 5. (33) I. e. porcino genere: Zumpt. § 92. n. 2. (34) Addit 2. *capone!* (35) Hand. III. 145. 24., 148. 28. (36) Nonius 170. (37) *Tum cond.* edd. vett. Ego parenthetice accipio, quae ratio facilius caret particula. Sic, quasi *autem* particula omissa, *Acad.* ii. 6. 17., 12. 38., 17. 54., *Tusc.* i. 10. 22., 33. 81., ii. 16. 37., *de N. D.* i. 11. 28., *de D.* ii. 26. 55. De compar. autem ad 3. 8. (38) I. e. etiam, quae sunt supervacanei operis, au. atque v. Al. *supervacaneis . . operis.* (39)—(39) Cf. *de F.* ii. 8. 23.

57. (1) Cf. 15. 52.; adde *Lael.* 3. 11. (2) *olivarumve* nonnulli; v. ad *de N. D.* ii. 62. e.: *o.que*

rum olivetorumve[2] specie plura[3] dicam? Brevi[4] praecidam[5]. Agro bene culto nihil[6] potest esse nec[7] usu uberius nec[7] specie[8] ornatius: ad quem fruendum non[9] modo non[9] retardat[10], verum etiam invitat[11] atque allectat[12] senectus. Ubi enim potest illa aetas[13] aut calescere vel apricatione[14] melius vel igni aut vicissim[15] umbris[16] aquisve refrigerari salubrius? 58. Sibi habeant[1] igitur[2] arma; sibi equos, sibi hastas, sibi clavam et pilam, sibi natationes atque cursus; nobis senibus ex lusionibus multis talos[3] relinquant[4] et tesseras: id ipsum[5], ut[6] lubebit; quoniam sine[7] his beata esse senectus potest.

XVII. 59. Multas ad[1] res perutiles Xenophontis[2] libri sunt; quos[3] legite, quaeso, studiose, ut[4] facitis[4].

edd. aliquot; v. ad 5. 13. (3) I. e. multa; v. Heusinger. *de Off.* iii. 32. 9.: cf. *de Or.* i. 5. 18., *de D.* ii. 14. 34. Omm. autem edd. multae, male: nam nota mox *brevi;* cf. *de Or.* i. 8. 34. (4) Ellendt. *de Or.* II. 28., Mueller. *p. Sext.* 129. et *CC. SS.* 95. (5) Cf. *de Off.* i. 33. 120. (6) Mueller. *CC. SS. p. Sext.* 73. (7)—(7) Hand. IV. 132., Matth. *p. Sext.* 67. 141. (8) V. ad 15. 53. (9)—(9) Cf. 6. 17. e. (10) Separatim diceres *a quo fruendo.* Cf. geminum zeugma *P. R. in Sen.* 8. 22. (11) Nonius 321. (12) Idem 76. (13) Cf. 5. 13. (14) Nonius 482. (15) Cf. 14. 46. (16) Nota chiasmum: v. ad 13. 44.

58. (1) Np. juvenes. V. Zumpt. *Verr.* 668.; adde *ad A.* vii. 11. 1., *Lael.* 5. 18. (2) Hand. III. 198.; adde *Tusc.* ii. 19. 45., iii. 10. 23. (3) I. e. talorum lusionem: v. ad *de N. D.* i. 5., *de Off.* i. 22. 76. (4) V. ad 1. 1. (5) Sc. *faciant;* np. ut relinquant istos nobis: v. Zumpt. § 771.; adde *de Or.* ii. 77. 310., "*nihil* aliud;" *Orat.* 44. 151., "*idem;*" *in Verr.* i. 58. 152., "si *nihil* aliud;" *Philipp.* vi. 7. 19., "*quidvis* potius;" et xiv. 5. 13., "sive *utrumque;*" *ad F.* iv. 4. 5., "*alterum utrum;*" *ad A.* ii. 15, 2., "si *nihil* aliud;" x. 11. 4., "aut ne *id* quidem;" xv. 12. 2. "ut *nihil* aliud;" et 13. 6., "*quid* enim aliud?" *de L.* i. 4. 12., "*id,* si quidem;" inf. 20. 74., "et *id.*" (6) Sic edd. vett. multae; etiam codd. Oxx. duo *uti.* Pessime vulgatae *id ipsum utrum* (eorum ipsorum utrum!); quae constructio nulla est, neque Latina neque Graeca. Et quis cogitet talos relinquendos senibus sine tesseris? quis tesseras sine talis? Nec potest, quod mox dicit, "sine *his,*" non ad utrosque pertinere. (7) V. ad 3. 7.

XVII. 59. (1) Hand. I. 112. 8. De interpositione autem Stuerenb. *p. Arch.* 28–35., Cortius ad Sallust *C.* 37. 4.: mox, "ceteris *in* rebus." (2) Hunc jam tacite respexit 16. 56. (3) I. e. hos igitur: v. ad 1. 3. (4) Formula urbanitatis: cf. *de Or.* i. 8. 34., *Philipp.* ii. 19. 47., iv. 5. 12., *ad A.* iii. 15. 8., 20. 1., iv. 7. 3. Quamquam re vera Scipionem quidem Xeno-

Quam copiose ab eo agricultura laudatur in[5] eo libro, qui est de tuenda[6] re familiari, qui[7] Oeconomicus inscribitur! Atque, ut[8] intelligatis, nihil ei tam regale videri, quam studium agri colendi, Socrates in eo libro loquitur[9] cum Critobulo: Cyrum minorem, regem[10] Persarum, praestantem ingenio atque imperii gloria, quum Lysander Lacedaemonius, vir summae virtutis, venisset ad eum[11] Sardis[12] eique dona a sociis attulisset[13], et ceteris[14] in[15] rebus comem[16] erga Lysandrum[17] atque humanum fuisse et ei quemdam conseptum agrum diligenter consitum[18] ostendisse. Quum autem admiraretur Lysander et proceritates[19] arborum et directos in quincuncem[20] ordines et humum subactam[21] atque puram[22] et suavitatem odorum, qui afflarentur[23] e[23] floribus; tum dixisse[24], mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam ejus, a quo essent illa dimensa atque descripta; et[25] Cyrum respondisse,

phontem studiose legere solitum novimus: v. Bakius *B. C. N.* I. 142. (5) V. ad 15. 54.: cf. *de Off.* ii. 24. 87. (6) *de r. f. t.* 2. (7) V. ad *de D.* i. 54., *de Off.* i. 25. 89.; add. Ernest. ad *Brut.* 67. 236., Zumpt. *Verr.* 170. Haec autem lectoris causa: v. ad *de D.* p. 16. et 124.; add. Moser. *Tusc.* I. 315., 332., 508. (8) Parenthetice: q. d., Atque (*idcirco autem hoc dicam*, ut intelligatis, ...) Socrates—: cf. *ad F.* iii. 6. 6., xiii. 10. 2., *de N. D.* i. 7. 17., supra 15. 52., inf. 23. 82. Sic etiam in aliis particulis, ut *ne*, *in Verr.* ii. 73. 181., *p. Arch.* 1. 2., supra 16. 55.; *quoniam*, *Brut.* 31. 117., *ad A.* vii. 2. 3.; *si*, inf. 18. 65.: adde *quod* in responsionibus, ut *ad F.* p. 36., 47., 64., 78., 88., bis, ed. Or. Vidd. etiam Gronov. *Obss.* ii. 25., Ochsner. 431. (9) Np. sic ut haec dicat. (10) *C. r. P. m.* 1.; *C. m. P. r.* 2.; *C. P. m. r.* Drr. duo. Scr. censeo *Cyrum, Persarum, minorem*, omisso *regem*. (11) Accipio quasi *ad ejus villam*: vv. Garaton. *p. Mil.* 19. 51., Orell. *ad F.* iii. 8. 10., Hand. I. 94.: cf. 16. 55. (12) Vetus accus. (13) *tulisset* 2. (14) Cf. 1. 3. (15) V. ad 7. 23. e. (16) Sic uterque; cf. 4. 10.: al. *communem*, male, quippe erga unum Lysandrum. Poenituit jam Madvig. *de F.* 280. (17) De interpositione ad 1. 1.; de proprio ad 5. 14. (18) Nota duplex participium: v. ad 11. 36. (19) De plur. abstractorum Zumpt. *Gr.* § 92. et ad *Verr.* 683., Ellendt. *de Or.* II. 354. et 380., Moser. *Parad.* 109., Ochsner. 87. (20) Forbiger. ad Virg. *Georg.* ii. 277. (21) Nonius 400. (22) I. e. herbis inutilibus succrescentibus vacuam. (23) Np. ad nares: cf. *de N. D.* i. 41. 114., "*ex* . . . *af*fluant:" v. Cortius ad Sallust. *C.* 57. 1. (24) *t. eum d.* Or., frustra: cf. *Tusc.* v. 3. 8. Inter lineas 2. *eum Lysandrum.* (25) Sic satis multi, omisso

"*Atqui*[26] *ego omnia ista sum dimensus; mei sunt ordines, mea descriptio; multae etiam istarum arborum mea manu sunt satae*[27]." Tum Lysandrum, intuentem purpuram ejus[28] et nitorem corporis ornatumque Persicum multo auro multisque gemmis[29], dixisse, "*Recte*[30] *vero te, Cyre, beatum ferunt*[31], *quoniam virtuti tuae fortuna conjuncta*[32] *est.*" 60. Hac igitur fortuna[1] frui licet senibus, nec[2] aetas impedit, quo[3] minus[3] et ceterarum[4] rerum et in primis[5] agri colendi studio[6] teneamur[6] usque ad ultimum tempus senectutis. M. quidem[7] Valerium Corvum accepimus ad centesimum annum perduxisse[8], quum[9] esset[9] acta[10] jam aetate[11] in agris[12] eosque coleret. Cujus inter[13] primum et sextum consulatum sex et quadraginta[14] anni interfuerunt[15]. Itaque, quantum spatium aetatis majores nostri[16] ad senectutis[17] initium esse voluerunt[18], tantus

ei. ([26]) Hand. I. 517. 4. ([27]) Cf. 7. 24. ([28]) V. ad 1. 1. ([29]) *m.gemmis m.que auro* Drr. tres, ordine scilicet Virgiliano. ([30]) I. e. Recte vero faciunt homines beatum te ferentes; v. Madvig. *de F.* 585.: cf. *de Or.* ii. 24. 100., *Brut.* 49. 183., 82. 284., 84. 291., *in Verr.* i. 5. 13. (perperam Zumpt. *ratione;* v. Madvig. *Opuscc.* I. 333. n.) iii. 72. 168., v. 44. 115., *de F.* ii. 8. 23. et 25., *de Rep.* i. 35. 54., *de N. D.* ii. 56. 141. bis, *Lael.* 3. 10., 10. 35., *de Off.* iii. 16. 67. Sed codd. pauci quidam *Rite*, cum iis Or., O., M. ([31]) V. Nizol.; adde *Tusc.* v. 35. 100., *de N. D.* iii. 23. 57., *Lael.* 7. 24., 15. 53., *de Off.* iii. 10. 45. ([32]) *non conj. f. e.* 2. Haesit etiam Passeratius. Graece ἀγαθὸς γὰρ ὢν ἀνὴρ εὐδαιμονεῖς.

60. ([1]) *f. fort.* 2. ([2]) Hand. II. 102. 9.; adde *Lael.* 23. 87., 24. 88. ([3]) Cf. *ad F.* p. 74., 151., 156., 272., 277., 293., 296., 334., 352. ([4]) Cf. 1. 3. ([5]) Cf. 6. 20. ([6]) Sic uterque; cf. *de Or.* iii. 23. 88., *Acad.* i. 2. 4., *de L.* i. 24. 63.: vulg. *studia teneamus*, dubito quam Latine. ([7]) V. ad 14. 50. ([8]) Sc. *vitam.* Contulit Gulielm. fragm. Pisonis apud Censorinum: "Multos ... ad hanc aetatem *perducere* videbant," prob. etiam Osann. *de Rep.* 363. Quod vero Gernh. repetit (quod per nostros quidem codices non licet) *agri colendi studia*, ista ratione supervacanea fiunt illa, "quum ... coleret." ([9]) Sive: quum ad c. a. perduxerit, fuisse a. j. ae. in agris eosque coluisse; v. ad 1. 3.: cf. 10. 33. ([10]) Cf. 11. 38. ([11]) Est ea pars vitae, quae negotiorum patiens esse solet: cf. *p. Rab., P. R.*, 5. 16., *ad A.* x. 4. 5., *ad B.* i. 2. 5. ([12]) Cf. 16. 56. ([13]) V. ad 6. 19. ([14]) *quatr.* 2. ([15]) Cf. 6. 16. ([16]) Del. aliquot: v. ad 13. 45. ([17]) Gell. x. 28. ([18]) I. e. statuerunt: vidd. Heumann. *in Cat.* iv. 4. 8., nos *de Off.* i. 27. 96., Ochsner. 99., Scheller. *Obss.* 62.; adde *Tusc.* iv. 6. 11.,

illi[19] cursus honorum fuit: atque hujus[20] extrema aetas hoc[20] beatior, quam media, quod auctoritatis habebat plus[21], laboris minus[21]. Apex est autem[22] senectutis auctoritas. 61. Quanta fuit in[1] L. Caecilio Metello[2]? quanta in A.[3] Atilio Calatino? in[4] quem illud elogium[5]: *Unum*[6] *hunc plurimae consentiunt*[7] [*gentes populi primarium fuisse virum*]. Notum[8] est carmen[8] incisum in sepulchro. Jure igitur gravis[9], cujus de[10] laudibus omnium esset fama[11] consentiens. Quem[12] virum nuper[13] P. Crassum, pontificem maximum, quem[12] postea M. Lepidum, eodem sacerdotio praeditum, vidimus[14]! Quid[15] de Paullo aut de[16] Africano loquar[15]? At[17] jam ante de Maximo[18]. Quorum[19] non in sententia solum, sed etiam in nutu[20] residebat[21] auctoritas. Habet[22] senectus, honorata[23] praesertim, tantam auctori-

7. 15., *de N. D.* i. 11. 26. et 28., 12. 29. et 30., 13. 33. et 34., *Lael.* 9. 29., 13. 48. (19) *ille* aliquot; quasi pro *illius:* v. ad *de Off.* iii. 7. 34.; adde *Lael.* 25. 96. (20)—(20) Sic 2., Oxx. quatuor, alii: vulg. *ejus.* Ad concursum autem pronominis *hujus* . . . *hoc* cf. *in Verr.* ii. 54. 135., v. 44. 117., *p. Mil.* 16. 43., *Philipp.* viii. 10. 28., xi. 5. 12., *Lael.* 9. 32. (21)—(21) Sic etiam mei: al. *p. h., l. vero m.* (22) Hand. I. 578. Al. *A. autem s. est. a.*

61. (1) Cf. 4. 10. (2) Cf. 9. 30. (3) Addidi praen. monente Ellendtio *de Or.* II. 346. (4) Hand. III. 311. 18., Meyer. et Bernh. *Brut.* 43. 160., Manut. *Tusc.* i. 42. 101. (5) Moser. *Tusc.* I. 110. (6) *in q. i. e. unicum, Plurimae* — codd. fere: vidd. Grut. et Rath. *de F.* ii. 35. 116. De adj. autem *unus* cum superl. interpp. ad *p. Scauro* p. 169., seq., ed. Beier., Moser. *Tusc.* I. 90. et 600., Bakius *de L.* 281., Ochsner. 34. (7) Cf. *Tusc.* i. 13. 30., *de N. D.* i. 17. 44. (8)—(8) *totum c.* 1., 2. Equidem intelligere videor, non integrum h. l. Ciceronem elogium istud attulisse, sed, utpote et notissimum et jam semel alibi a se ipso commemoratum, primis paucis verbis indicasse; id quod jam ex "*notum est*" licet suspicari; cf. 6. 16. (9) Np. auctoritate. (10) V. ad 6. 19.; adde *Philipp.* i. 5. 12., *ad A.* xv. 3. 2. (11) Matth. *in Cat.* iii. 1. 2., Moser. *de Rep.* 198. b. (12) Cf. *de F.* ii. 21. 67., *de L.* iii. 9. 20., *de N. D.* i. 26. 72., *de D.* i. 25. 52. (13) Mueller. *p. Sext.* 31., Hülsemann. *Acad.* 339., Ernest. *C. C.*, Hand. IV. 346. 3. (14) Qui vir fuit . . ., ut vidimus! v. ad 2. 4. (15)—(15) Cf. 14. 50. (16) Sic uterque geminat praep. (17) Vulg. *aut, ut j. a., de M.* Sed *ut* neuter ex meis agnoscit. Igitur pro *aut* scripsi *At:* Hand. I. 422. 3. (18) Np. *sum locutus:* v. ad *de Off.* iii. 11. 47., i. 3. 8. (19) I. e. Horum enim: v. ad 1. 3. (20) Cf. *de Or.* i. 9. 38. (21) Nota verbum elegans. (22) *Habet, habet s.* Lang., Lamb., Suffr. Petrus, eleganter. (23) Cf. 18. 63. (24)—(24) Cf. *ad F.* vii.

tatem, ut ea pluris[24] sit, quam omnes[24] adolescentiae voluptates.

XVIII. 62. Sed, in[1] omni oratione[2], mementote[3], eam me[4] senectutem laudare, quae fundamentis[5] adolescentiae[5] constituta sit. Ex quo efficitur[6], id quod ego magno quondam cum[7] assensu omnium dixi[8], miseram esse senectutem[9], quae se oratione[10] defenderet[11]. Non cani[12], non[13] rugae repente auctoritatem arripere[14] possunt, sed honeste[15] acta[15] superior aetas fructus[16] capit[16] auctoritatis[17] extremos. 63. Haec enim ipsa[1] sunt honorabilia, quae videntur levia atque communia, salutari[2], appeti[3], decedi[4], assurgi[5], deduci[6], reduci[7], consuli[8]: quae et apud nos et in[9] aliis civitatibus, ut quaeque optime[10] morata[11], ita[12] diligentissime observantur. Lysandrum[13] Lacedaemonium, cujus modo[14] feci[15] mentionem[15], dicere aiunt[16] solitum, Lacedaemonem[17] esse honestissimum domicilium senec-

10. 4., 11. 2., *ad A.* xii. 28. 2., xvi. 5. 2.

XVIII. 62. (1) Cf. 3. 9. (2) Np. hac: cf. 1. 3. Male G.: "quoties de s. disseram." Lege c. 2. (3) V. ad 2. 5. (4) Cf. 8. 26. (5) I. e. adolescentia tamquam fundamentis: v. ad 15. 51. e. (6) V. ad *de Off.* i. 45. 160.; add. Moser. *Tusc.* I. 262. et *Parad.* 12. (7) Hand. II. 152. 9., Matth. *p. Mur.* 1. 2., nos *de Off.* i. 28. 97. (8) Plutarch. c. 15. (9) Sc. *eam:* Zumpt. § 765. (10) Potius quam acta vita. (11) Accommodavit ad interposita: v. Dietrich. *Qu. Gr.* 34., seqq., Matth. *in Cat.* iii. 9. 21., Moser. *de Rep.* 341. b. (12) Np. *capilli:* v. Palairet. Ceterum est Menandri hoc apud Stobae. 356., conferente Wetzelio. (13) *nec* O. (14) Cf. *p. Sext.* 32. 69., *de N. D.* ii. 6. 18., iii. 11. 26., *de D.* ii. 11. 26., supra 8. 26., inf. 21. 78. (15) Cf. *Tusc.* iii. 25. 61., supra 11. 38. (16) V. Nizol.; adde *Lael.* 19. 70., 21. 79. (17) I. e. qui sunt in auctoritate positi.

63. (1) Cf. 11. 38. (2) Cf. *ad F.* vii. 28. 2., ix. 20. 3., *ad A.* i. 18. 1. (3) Np. ab. iis, qui cupiunt in amicitiam recipi: cf. *ad F.* xv. 14. 6. (4) Sc. *alicui* (laudat O. Sanctii *Minerv.* p. 311. et 316. ed. P.) *de via;* np. ab iis, qui fiunt obvii. (5) Sc. *alicui:* cf. *de Inv.* i. 30. 48. (6) Cf. *ad F.* x. 12. 2. (7) Cf. *Brut.* 22. 86., *Lael.* 3. 12. (8) Cf. *de Or.* i. 45. 199. (9) Del. 1.: *a. in c.?* (10) *bene* 1.: v. Schwarz. ad Tursell. in *Quisque* (adde *Philipp.* i. 12. 29.), nos ad Sallust. p. 171. (11) *-tae sunt* 1.; qui numerus non est Ciceronis. Cf. *de Or.* i. 19. 85., *Brut.* 2. 7., *p. Mil.* 34. 93. (12) Del. 1.: cf. Sallust. *C.* 14. 6. (13) V. ad 7. 21. (14) C. 17. § 59.: v. ad 5. 14. (15) Sic O., laudans Goerenz. *de F.* 342.: al. *m. f.* (16) Sc. *homines:* cf. *Lael.* 13. 46. (17) Sic in MS. quodam vidit Gronov.;

tutis[18]: nusquam enim[19] tantum tribuitur[20] aetati, nusquam est[21] senectus honoratior[22]. Quin etiam memoriae[23] proditum[23] est, quum Athenis, ludis[24], quidam in theatrum grandis[25] natu[25] venisset, magno consessu[26] locum[27] ei nusquam datum a suis[28] civibus[28]: quum autem ad Lacedaemonios accessisset, qui, legati quum[29] essent, certo[30] in[31] loco consederant[32], consurrexisse[33] omnes[33] illi[34] dicuntur[34] et senem[35] sessum[36] recepisse. 64. Quibus quum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse[1] ex iis quemdam, Athenienses scire, quae recta essent, sed facere nolle[2]. Multa in[3] nostro[4] collegio[4] praeclara, sed hoc[5], de quo

qui etiam contulit Ovid. *Metam.* iii. 636., "*Naxon . . . Illa* mihi *domus* est;" Plaut. *Mil.* ii. 5., "*Ostium* hoc mihi *domicilium* est." Al. *-ne.* (18) *-ti* L., male. (19) Q. d., Recte vero ille: nusquam enim —: v. ad 10. 31. (20) Cf. *ad F.* p. 55., 87., 111., 125., 135., 145., 284., 346., 384. ed. Or., *Lael.* 2. 9. De transitione autem ad *de Off.* i. 44. 158., iii. 11. 49.; add. Gernh. ad *Lael.* 11. 35. (21) Del. 1.; *s. h. est* 2. (22) Ad rem affert De-G. Justin. iii. 3. et Plutarch. p. 795. F.; adde supra 17. 61. (23) Vid. O. M. Mueller. *de Vi et Usu*, &c., p. 11., seq., Seebod. *M. Cr.* I. 501. (24) Sc. Panathenaicis: Xenoph. *Mem.* iii. 5. 15. Abl. autem est temporis: cf. *p. Callio* fr. apud Nonium 63., (Asin. Poll.) *ad F.* x. 32. 2., Plaut. *Cas.* Prol. 27.; add. Hand. III. 285. (25) Cf. 4. 10. (26) Sic sine praep. *in* etiam meus uterque. (27) *locum* 2. (28) Cf. *de Or.* ii. 49. 200., *in Verr.* ii. 44. 109., 64. 156., iv. 9. 19., 13. 30., *in Pis.* 14. 33., *Philipp.* i. 14. 35., *ad F.* p. 51., 128., 216., *ad A.* p. 34., 227., 246., 255. ed. Or. (29) Cf. 16. 55. (30) I. e. constituto, definito. (31) V. ad 17. 59. (32) *consid.* 2., Dr. 1.: v. ad *de Fa.* 3. (33) Cf. *de H. R.* 1. 2. (34) Recte addidit K.; accedit 1.: cf., praeter ea quae habet V. D., etiam *p. Mur.* 29. 61. et *de N. D.* ii. 50. 126., *dicunt; Lael.* 10. 33., *dicebat*, et 11. 39., *memoriae proditum est;* Sallust. *C.* 22., *dictitare;* Caes. *de B. G.* ii. 31., *dixerunt:* adde nos ad *de Off.* i. 41. 149. e. Ceterum sic interpretor: consurrexerunt omnes, ut dicitur, et s. s. receperunt; v. ad 2. 4.: cf. *Lael.* 10. 35. e. (35) Sic uterque, omisso *illum.* Ceterum est *senem* quasi pro pron.: cf. *Lael.* 1. 1. (36) Cf. *ad F.* x. 32. 2.

64 (1) Refer ad *m. prod. est.* De synchysi Perizon. ad Sanctii *Minerv.* iv. 11. 3.; adde *ad F.* iv. 5. 3., *de Rep.* i. 40. 62., *Lael.* 10. 35., Sallust. *C.* 46. e. (2) Cf. Demosth. *de Rhod. L.* init. et *Ol.* iii. 29. 12. apud G.; addit De-G. fragm. Eurip. *Chrysippi* et Xenoph. *Mem.* iii. 5. 15. (3) I. e. quasi nostri collegii: cf. *Brut.* 93. 321., *Acad.* ii. 28. 91., *de F.* i. 4. 11., *Tusc.* iv. 2. 4., v. 7. 19., *de N. D.* i. 1. 1., *de Off.* i. 2. 4., supra 4. 12.; add. Hand. III. 260. 18. (4) Np. augurum: cf. *de D.* i. 15. 28., ii. 24. 51. (5) *ad hoc?* (6) Hand. III. 241. 5. (7) Sc. dicendae. (8)

agimus, in primis[6], quod, ut quisque aetate antecedit, ita sententiae[7] principatum tenet: neque solum honore[8] antecedentibus[9], sed iis etiam, qui cum[10] imperio sunt, majores natu augures anteponuntur. Quae sunt igitur voluptates corporis[11] cum auctoritatis praemiis[12] comparandae? quibus[13] qui[13] splendide[14] usi sunt, ii mihi videntur fabulam[15] aetatis peregisse[15], nec[16], tamquam inexercitati histriones, in extremo actu[17] corruisse. 65. At[1] sunt morosi[2] et anxii[3] et iracundi et difficiles[4] senes[5]; si[6] quaerimus[6], etiam avari[7]. Sed haec morum[8] vitia sunt, non senectutis. Ac morositas tamen[9] et ea[10] vitia, quae dixi, habent aliquid excusationis, non illius[11] quidem justae[12], sed quae probari posse videatur[13]: contemni[14] se[15] putant[16], despici[17], illudi: praeterea in[18] fragili corpore odiosa[19] omnis offensio[20] est[21]. Quae tamen omnia dulciora[22] sunt[23] et moribus bonis[24] et artibus[25]; idque quum[26] in

V. Cortius ad Sallust. *C.* 11. 2.: cf. *J.* 3. 1., 4. 7. (9) V. ad 11. 38. (10) Hand. II. 146. 4. (11) Cf. 12. 39. (12) Cf. *p. Mil.* 35. 97. (13) Cf. 1. 2. (14) Cf. *Tusc.* iii. 25. 61. (15)—(15) Cf. 19. 70., 23. 85. (16) V. ad 17. 60. (17) Cf. 2. 5.

65. (1) Hand. I. 434. (2) Nonius 433. Sunt autem morosi, opinor, quasi sui moris: i. e. suos ad mores omnia exigentes. (3) I. e. angentes se, puta exspectatione malorum: cf. *Tusc.* iv. 12. 27. (4) Cf. 3. 7., *Orat.* 30. 104. (5) Cf. Hor. *de A. P.* 169., seqq. (6) Beier. *de Off.* II. 335.; adde *Tusc.* iii. 29. 73. (7) Dicere necesse est, etiam avaros esse: v. Gernh. *Opuscc.* 63. n.; adde *Tusc.* i. 34. 83., *de L.* i. 5. 15.: v. etiam ad 17. 59. Ad rem Terent. *Adelph.* v. 3. 47., 8. 30. (8) Cf. 3. 7., Plat. *Rep.* I. 151. Bip. (9) Sc. vel si est senectutis: vidd. Ellendt. *de Or.* II. 209., Classen. *p. Clu.* 154., Matth. *in Cat.* iii. 5. 10., nos *de Off.* iii. 29. 106., Doederlein. *de Brachyl.* 17., Rau *VV. LL.* 16. et 73., necnon quos laudat Forbiger. ad Virg. *Ecl.* i. 28. (10) *c̄a?* i. e. cetera. (11) Ellendt. *de Or.* II. 340., Madvig. *de F.* 552. et *Opuscc.* II. 314., Moser. *de Rep.* 239., Gernh. *Lael.* 142. b, interpp. ad *de Off.* i. 18. 60., 27. 95., Wopkens. *LL. TT.* 78. [106. H.] (12) I. e. perfectae, plenae, idoneae: cf. *Orat.* 41. 140., *in Verr.* iv. 57. 125., *in Pis.* 15. 36., *ad F.* xvi. 25. (13) De subj. ad 10. 33. e. (14) Nonius 436. (15) Del. 1.: v. ad 9. 30. (16) Declarative; sc. *quippe, nempe, nam.* De interpos. autem verbo Cortius ad Sallust. *C.* 20. 8. (17) Cf. 3. 7. (18) V. ad 3. 8. (19) Cf. 2. 4.; add. Ochsner. 104. (20) Cf. *Tusc.* iv. 14. 31. (21) Del. 1. (22) Sc. suis: cf. 3. 7. Non quo jam sint ista dulcia: v. ad 3. 8. (23) I. e. exsistunt, reperiuntur. Al. *fiunt*, male.

vita[27], tum in scena[27] intelligi potest ex iis[28] fratribus, qui in Adelphis sunt. Quanta in altero diritas[29], in altero comitas! Sic se[30] res habet[31]: ut enim[32] non omne vinum, sic non omnis aetas[33] naturae[34] vetustate coacescit. Severitatem in[35] senectute probo, sed[36] eam[37], sicut alia[38], modicam; acerbitatem nullo modo[39]. 66. Avaritia vero senilis quid sibi velit[1], non intelligo. Potest enim quidquam esse absurdius, quam, quo[2] minus viae[3] restat[4], eo plus viatici quaerere[5]?

XIX. Quarta restat causa, quae maxime angere[1] atque sollicitam[2] habere[2] nostram aetatem videtur, appropinquatio mortis; quae certe[3] a senectute non potest longe abesse. O miserum[4] senem, qui[4], mortem contemnendam[5] esse, in[6] tam longa aetate non viderit[4]! quae aut plane negligenda[7] est, si omnino exstinguit animum, aut[8] etiam[8] optanda[9], si aliquo eum deducit, ubi sit futurus aeternus. Atqui[10] tertium[11] certe[10] nihil inveniri potest. 67. Quid igitur timeam[1], si[2]

(24) De mesozeugm. adjectivi Cortius ad Sallust. *C.* 33. 3. (25) V. idem V. C. ibid. 2. 4. (26) Sic cum multis 2., recte; quippe magis in scena: v. ad 2. 4. (27)—(27) Cf. *de N. D.* iii. 27. 69. (28) Del. 2. (29) Nonius 30. et 100.; apud quem etiam Varro: "Scena quem senem Latina vidit *dirissimum*:" adde apud Or. Oudend. ad Suet. *Tib.* 21. Codd. noti *duritas*. (30) *r. sese* 1.: v. Madv. *de F.* 57., Gies. *de D.* 48. (31) Cf. *p. Rosc. A.* 24. 66. (omitto *de Or.* ii. 6. 23.), Sallust. *J.* 85. 23., Fronton. p. 144. ed. R.: v. Cortius ad Sallust. *J.* 54. 4. (32) V. ad *de Off.* ii. 16. 56.; add. Hand. II. 379. 4., Madvig. *Opuscc.* II. 286. (33) Cf. 11. 38. e. (34) Non omnis naturae aetas; nam perperam K. *nat. vetustate* jungit: cf. *de Fa.* 4. 8., "tantum *natura* a *natura* distat." Sic codicum pars ferme dimidia: ceteri fere *natura*, omisso *aetas*; edd. autem vulg. *aetas*, omisso *naturae*. (35) I. e. senectutis, senilem: v. ad 9. 28. (36) *et* K. (37) Zumpt. § 699. (38) Np. in quavis aetate. (39) Beier. *de Off.* ii. 16. 57., nos iii. 3. 13.

66. (1) Cf. *in Verr.* ii. 61. 150., iii. 50. 118., 80. 186. (2) I. e. quanto: cf. *p. Qu.* 2. 4., *p. R. C.* 11. 31., *p. Mil.* 36. 99., *ad F.* iv. 13. 5. (3) Cf. 2. 6. (4) *-et* aliquot: v. G. (5) Sc. aliquem: v. ad *de Off.* i. 38. 137.; add. Kuehner. *Tusc.* i. 38. 91., Ochsn. 226.

XIX. (1) Sc. senes vel nos; v. ad 5. 15.: cf. *Tusc.* i. 34. 83. De verbo Goerenz. *de F.* 57. b. (2) Zumpt. § 634., Kritz. ad Sallust. *C.* 114.: cf. *ad F.* ii. 16. 1., vii. 3. 1. (3) Hand. I. 19. 3. (4)—(4) Cf. *ad F.* iii. 11. 2., *de Off.* ii. 7. 25. (5) Cf. 20. 72. (6) Cf. 3. 9. (7) *negleg.* 1. Cf. 20. 74. (8)

aut non miser[3] post mortem aut beatus[3] etiam[4] futurus sum? Quamquam[5] quis est tam stultus, quamvis sit[6] adolescens[7], cui[8] sit exploratum[9], se ad[10] vesperum[10] esse victurum? Quin etiam aetas[11] illa multo plures, quam nostra, mortis casus[12] habet[12]. Facilius[13] in morbos[14] incidunt[14] adolescentes[13]; gravius[15] aegrotant[16]; tristius[17] curantur[18]. Itaque pauci veniunt ad senectutem: quod ni ita[19] accideret[20], melius et prudentius viveretur[21]. Mens[22] enim et[23] ratio[24] et[23] consilium[24] in senibus est; qui si nulli[25] fuissent, nullae omnino civitates fuissent. Sed[26] redeo[26] ad mortem impendentem[27]. Quod illud est crimen senectutis, quum id videatis[28] cum adolescentia esse commune[29]? 68. Sensi[1] ego quum[2] in[3] optimo[4] filio[5] meo, tum[6] in exspectatis[7] ad[7] amplissimam dignitatem fratribus[8] tuis,

Hand. I. 556. (9) Cf. 20. 74. (10)—(10) Hand. I. 518. 6. (11) Cf. *Tusc.* i. 34. 82.

67. (1) De subj. Zumpt. § 530. (2) Cf. 2. 5. (3)—(3) Cf. *Tusc.* i. 11. 25., 49. 118. (4) V. ad § 66. (5) V. ad 1. 1.; add. Goerenz. *Acad.* i. 2. 6. (6) Del. aliquot et Nonius: cf. tamen *de F.* iv. 12. 31., v. 28. 84., *Lael.* 26. 97. (7) Cum seqq. jungebat Drak., male. (8) Qui putet sibi esse—. (9) Nonius 294., Borgers. *Parad.* 43., Ochsn. 141. (10) Cf. *de F.* ii. 28. 92. (11) Cf. *de Off.* ii. 13. 45. (12) Cf. *ad F.* x. 18. 3., *de Off.* ii. 6. 19., u. v. Beier.; add. Moser. *Tusc.* I. 410., Gies. *de D.* 109., nos *de Off.* i. 14. 42., ii. 22., 79., iii. 2. 9., Kritz. ad Sallust. *C.* p. 56. (13)—(13) Haec monet Drak., ex Hippocr. esse *de Rat. Victus* I. 350., *de Morb.* I. 456. (14) Cf. *ad F.* xii. 30. 2., xiii. 29. 4. (15) Nonius 315. (16) Cf. *ad F.* xii. 30. 2. (17) Nonius 409. Manut.: "severioribus remediis." (18) I. e. medicorum opera tractantur: cf. *p. Clu.* 14. 40., *Tusc.* iii. 3. 5. (19) Cf. 11. 35. (20) Ellendt. *de Or.* II. 184. (21) V. Nizol.; adde inf. 20. 72., *Lael.* 24. 89. (22) Ochsner. 114. (23) Cf. 13. 44. (24) Cf. 6. 19. (25) V. ad 22. 79. (26) Cf. 10. 32. (27) Nolebat *appropinq.*: v. ad 14. 50. e. (28) I. e. sit, ut videtis: v. ad 2. 4. (29) Cf. 11. 35.

68. (1) Cf. *de N. D.* iii. 27. 69. (2) *tum* Or., male. Gravius quippe argumentum duo Scipiones: v. ad 2. 4. (3) I. e. quum viderem opt. filium mori: vv. Hand. III. 293., Bakius *de L.* 423., seq. (4) Cf. 6. 15., *ad F.* iv. 6. 1. (5) Praetor design. mortuus est. Plut. c. 48. (6) *Sensi ego in opt. filio, tu in . . . fratribus* M., frustra. Poterat Cic.: *Sensimus uterque nostrum, et ego . . . et tu—; ego quidem . . ., tu vero—; ego in opt. f., in fr. tu.* Sensus autem (quem quidem ego intelligo) philosophicus iste vix ad puerulum pertinebat. (7) De quibus erat exspectatio, esse ipsos ad ampliss. dign. venturos. (8) Filiis

Scipio, mortem omni aetati[9] esse communem. At[10] sperat[11] adolescens, diu se victurum; quod sperare[11] idem senex non potest. Insipienter[12] sperat. Quid enim[13] stultius[14], quam incerta pro[15] certis habere[15], falsa pro veris? Senex, ne quid[16] speret quidem, habet[17]. At[18] est eo meliore conditione, quam adolescens, quum[19] id, quod ille sperat, hic[20] consecutus est. Ille vult diu vivere; hic diu[21] vixit. 69. Quamquam[1], o dii boni[2]! quid est in hominis vita diu[3]! Da[4] enim supremum tempus; exspectemus[5] Tartessiorum regis[6] aetatem: fuit enim (ut scriptum[7] video[8]) Arganthonius quidam[9] Gadibus, qui octoginta regnavit[10] annos[11], centum viginti[12] vixit: sed[13] mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur[14], in quo est aliquid extremum[14]. Quum enim id[15] advenit, tunc illud, quod praeteriit, effluxit[16]; tantum remanet, quod[17] virtute et rectis[18] factis consecutus sis: horae

Aemilii Paulli: Vell. i. 10. (9) Cf. 3. 7. e. (10) Hand. I. 434. (11) Cf. 2. 6. (12) Insip. facit, quum speret: v. ad 17. 59. e. (13) Hand. II. 385. (14) Cf. *Lael.* 15. 55., *de Off.* ii. 15. 54. Ad rem *Acad.* i. 12. 45., *de N. D.* i. 1. 1., *de D.* i. 4. 7. (15)—(15) Cf. *Philipp.* i. 6. 14., 7. 16., *ad A.* xiii. 1. 2., 6. 4. (16) Sic 2. cum multis; *quidem* 1.: edd. *quod.* (17) V. ad *de Off.* ii. 2. 7.; adde *in Caecil.* 3. 10., *in Verr.* ii. 28. 69., iv. 23. 51., *Philipp.* iii. 10. 26., *ad F.* p. 197., 202., 254., 264., 271., 274., 332., 373. (18) Hand. I. 432. 2. (19) I. e. *quod* vel *quoniam*: vv. Ellendt. *de Or.* II. 242., *Brut.* 102., Wunder. *p. Planc.* 101., Orell. *p. Mil.* 320., *ad F.* 204., Madvig. *de F.* 25., Bakius *de L.* 376. et 523., seq., Rudd. II. 233. 17. (20) V. ad 7. 22. (21) *v. d.* 1.

69. (1) V. ad 1. 1. (2) Cf. *Tusc.* i. 41. 97., v. 7. 19., 27. 77. (3) Quasi adjective: cf. *ad F.* vi. 10. 5., "*diuturne,*" u. v. Orell.; add. Steinmetz. *p. Rosc. A.* 5. 11., *p. Deiot.* 7. 19., Garaton. *p. Mil.* 12. et 14., nos *de D.* i. 22. e., Scheller. *Obss.* 18. Ad rem *Tusc.* i. 39. 94., Virg. *Aen.* x. 861. (4) I. e. dic: cf. *Acad.* i. 3. 10., Virg. *Ecl.* i. 19. (5) Fac posse nos exspectare. (6) V. ad 9. 27. (7) Apud Herodot. i. 163. (8) Cf. *de D.* i. 40. 89. (9) Nota de rege: v. Gies. *de D.* 147.; adde *in Verr.* ii. 22. 53., 28. 68. (10) *regnarit* . . . *vixerit* aliquot, male: vv. Zumpt. § 563., Scheller. *Obss.* 11., Mueller. *p. Sext.* 127., nos *de Off.* i. 2. 5.: *regnaverat* . . . *vixerat* alii, M. (11) *-is* 1.: v. Soldan. *p. Lig.* 66., Gies. *de D.* 72. (12) Sic cum multis 2., omissa copula: v. Zumpt. *Verr.* 354. (13) V. ad 1. 2. (14)—(14) Cf. *p. Marc.* 9. 27. (15) *id extremum* satis multi: v. ad *de N. D.* ii. 53. e. (16) Cf. 2. 4. (17) Mallem *quantum*: cf. 10. 33. (18) Sic 2. vulg. *recte*: vidd. Scheller.

quidem cedunt et[19] dies et[19] menses et[19] anni; nec praeteritum tempus[20] umquam revertitur, nec, quid sequatur, sciri potest. Quod cuique temporis[21] ad vivendum datur, eo debet esse contentus[22]. 70. Neque enim histrioni, ut placeat[1], peragenda[2] est fabula, modo[3], in[4] quocumque fuerit[4] actu, probetur; neque[5] sapienti[6] usque ad *Plaudite*[7] vivendum. Breve enim tempus aetatis satis est longum[8] ad bene honesteque vivendum: sin processeris[9] longius, non magis[10] dolendum[11] est[12], quam agricolae dolent, praeterita[13] verni temporis suavitate, aestatem autumnumque venisse[13]. Ver enim tamquam adolescentiam significat ostenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus[14] et percipiendis[15] accommodata[16] sunt. 71. Fructus autem senectutis est, ut saepe dixi[1], ante partorum bonorum memoria et copia. Omnia vero[2], quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in[3] bonis. Quid est autem[4] tam secundum naturam, quam senibus[5] emori[6]? quod idem contingit[7] adolescentibus adversante[8] et repugnante natura[9]. Itaque adolescentes[10]

Obss. 195. et 231., Beier. *de Off.* II. 213.; adde *ad A.* viii. 14. 2., *Lael.* 16. 59. (19) Hand. II. 469. 1. (20) Del. 1. (21) Del. 2.: cf. *Tusc.* ii. 3. 9.: v. ad *de Off.* i. 6. 19. (22) Cf. *p. Marc.* 9. 27.

70. (1) Ut possit placere. Proprium in re histrionica verbum: Terent. *Andr.* prol. 3. et *Hec.* prol. 39. (2) Cf. 18. 64. (3) Cf. 7. 22. (4)—(4) Cf. *de Or.* ii. 4. 16., 21. 88., *de Fa.* 2. 4., *audire aliquem in* —. (5) *nec* G., male; etsi prob. Hand. IV. 127. (6) Neque alicui, ut possit esse sapiens. Male Lamb. *-tibus:* cf. 3. 8. (7) Extremam senectutem. Vox abeuntis histrionis: Quinctil. *Inst.* vi. 1. 52. (8) Seneca *Epist.* 77. e. apud O., "Quomodo fabula, sic vita: non quam diu, sed quam bene acta sit, refert." (9) Sc. *aetate:* cf. 7. 21. (10) Non dolendum, non magis quam —: v. ad 4. 12. (11) Nim. praeterita adolescentia. (12) Del. 2. (13)—(13) Praeteritam esse —, quum aestas venit: v. ad 1. 3. (14) V. ad 1. 1., 7. 24. (15) *et perc. adeo* 2. (16) Nonius 244.

71. (1) C. 3. e. (2) Del. 1.; cf. 7. 21., 20. 72.: *autem* 2. (3) Hand. III. 252. 10. (4) Idem V. C. I. 579. Etsi del. *est* 1., 2. (5) De dat. Matth. *p. Lig.* 7. 20.; adde *in Verr.* ii. 36. 88., *p. L. M.* 16. 47., *p. Sext.* 69. 146., *de N. D.* iii. 31. 77. *de D.* ii. 55. 114., *Lael.* 3. 11., *de Univ.* 3., inf. 23. 85. (6) Ellendt. *de Or.* II. 305., seq., Moser. *Parad.* 145. Cf. *Tusc.* i. 31. 76. (7) Ellendt. *de Or.* II. 184. (8) Quod idem contingit adolescentibus, sed adversante . . . natura contingit. (9) Cf. *de Off.* i.

mori sic mihi videntur, ut[11] quum aquae multitudine[12] vis flammae opprimitur[13]; senes autem[14] sic, ut[15] quum[15] sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis exstinguitur[16]: et, quasi[17] poma ex arboribus, cruda si[18] sint[19], vi[20] avelluntur[20], si matura et cocta[21], decidunt[22]; sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas; quae mihi quidem tam jucunda est, ut, quo propius ad mortem accedam, quasi terram[23] videre[24] videar[25] aliquandoque in portum[26] ex[27] longa navigatione esse venturus.

XX. 72. Omnium[1] aetatum certus est terminus[1]: senectutis autem nullus[2] est certus[3] terminus[3]; recteque[4] in ea vivitur[5], quoad munus[6] officii[6] exsequi[7] et tueri[8] possit[9] et tamen[10] mortem[11] contemnere[11]. Ex[12] quo[13] fit, ut animosior[14] etiam[15] senectus[16] sit, quam[17]

31. 110. (20) *-cens* 2. (a pr. m.), idemque inf. (cum aliquot) *senex*; credo, recte: vv. Wopkens. *LL. TT.* 14. [20. *H.*], Madvig. *de F.* 181.: cf. § 68. (11) I. e. ut *fit*, quum —. (12) Peculiari modo videtur aliquando *multitudinis* nomine uti Cic., ut non ad numerum id, sed ad vim potius superantem et impetum referat: cf. *in Verr.* iv. 46. 103., v. 37. 98., *ad A.* vii. 3. 7., *de Off.* ii. 5. 16. (13) Cf. *Lael.* 21. 78. (14) Sc. *mori mihi videntur.* (15) Scripsi divisim *sic ut* cum O.; *quum* autem addidi e 2. meo, aliorum nonnullis, ed. Lamb. (16) Cf. *Lael.* 21. 78. (17) I. e. quemadmodum: cf. *ad F.* ix. 16. 2., *Lael.* 17. 63.: vv. Madvig. *Opuscc.* I. 494. n. 3., Ochsner. 415. (18) Sic etiam 2. postponit *si.* (19) Sic e R., E., aliis O.; vulg. *sunt*: v. Zumpt. § 570.; adde nostra ad Sallust. *J.* 58. Etsi contra Madvig. *Opuscc.* II. 282. et *de F.* 693. (20) *vix ev.* 2., R. (21) Plin. xii. 5. 11., "*coctus* solibus." (22) *exc.* 2. (23) Cf. *p. Mur.* 2. 4. (24) Sc. eo magis; v. ad Sallust. p. 171.: cf. Fronton. p. 197. ed. Rom., "(tanto magis), *quanto* —." (25) Cf. *ad F.* 91., 169., 333., *ad A.* 157., 296., 310. ed. Or., *Lael.* 12. 41., 26. 99. (26) Cf. *Tusc.* i. 49. 118. (27) Hand. II. 644. 52.: cf. *p. Mur.* 2. 4., inf. 23. 83.

XX. 72. (1)—(1) Censorinus c. 14., Gellius x. 28. Absunt autem haec a plerisque (1., 2.), et del. M.: sed facile poterant intercidere. (2) I. e. fere — *non* est: v. ad 22. 79. (3) De repetitis nominibus ad 10. 32. (4) Exegetice: v. ad 6. 17. (5) Cf. 19. 67. (6) Cf. 9. 29. (7) Cf. 9. 28. (8) Cf. *ad F.* iii. 9. 1., *Tusc.* v. 39. 113. (9) Np. is qui vivit in ipsa, sive senex: vv. Wopkens. *LL. TT.* 2. [3. *H.*], Ellendt. *de Or.* II. 26., Soldan. *p. Lig.* 84., Madvig. *de F.* 125., Gies. *de D.* 106., Beier. *Lael.* 94., *de Off.* II. 76., nos *de Off.* i. 29. 101., 38. 137., Ochsner. 175. et 226. Et sic recte O.: vulg. *-is.* (10) Del. 2.: cf. *ad F.* iii. 12. 3. (11) Quid sit, in prima Tusculana habes. At haec *et t. m. cont.* cum cod. (?) Ursini del. M. (12) *e* 2.: v. Kuehn.

adolescentia[17], et fortior. Hoc illud[18] est[18], quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est, quum illi quaerenti, *Qua tandem spe fretus sibi*[19] *tam audaciter*[20] *obsisteret?* respondisse[21] dicitur[21], *Senectute*[22]. Sed vivendi finis est optimus, quum[23], integra mente ceterisque[24] sensibus[25], opus ipsa suum eadem, quae coagmentavit[26], natura dissolvit. Ut navem, ut aedificium, idem destruit facillime, qui construxit; sic hominem eadem optime, quae conglutinavit[27], natura dissolvit[27]. Jam[28] omnis conglutinatio recens aegre, inveterata facile divellitur. Ita[29] fit, ut illud breve vitae[30] reliquum[30] nec[31] avide appetendum senibus[32] nec[31] sine causa deserendum sit. 73. Vetatque[1] Pythagoras[2] injussu[3] imperatoris, id est[4] dei, de praesidio et statione[5] vitae decedere. Solonis quidem[6] sapientis elogium[7] est[8], quo se negat velle suam mortem dolore

Tusc. i. 21. 48. (13) Opinor quod mortem contemnat. (14) Cf. *de Off.* i. 26. 92. (15) V. ad 9. 28. (16) Del. E., T.: v. ad 10. 32. (17) V. ad 1. 1. (18) Hoc sibi vult illud: cf. *de D.* i. 54. 122. (19) Zumpt. § 550.; adde *in Verr.* Act. I. 3. 7., *sua; Lael.* 16. 59., 20. 75., inf. 22. 80. Contra 16. 56. (20) Priscian. xv. 4. 21., Garaton. *p. Rosc. A.* 36. 104., Cortius ad Sallust. p. 960. (21) *respondit* 1., 2., frustrà: cf. 18. 63. e. (22) I. e. *Senectutis* (spe): v. ad *de Off.* i. 22. 76. (23) I. e. is qui tum fit, quum —: v. ad *de Fa.* 10., *de Off.* i. 3. 9.; adde *Orat.* 64. 212., *p. Lig.* 2. 4., *Philipp.* xiv. 5. 13., *ad A.* i. 16. 4., ii. 1. 3., *de Rep.* ii. 37. 63., *Lael.* 26. 98., inf. 23. 84. (24) *certisque* multi (1., 2.), M.: sed sic credo Cic. chiasmo usurum fuisse, *sensibusque certis.* Contulit G. *Acad.* ii. 10. 30., "Mens . . . ipsa sensus est." Mihi vero videtur potius abundare fere pron.: cf. *de F.* ii. 34. 113., "sensus, ut *reliquae* corporis partes." (25) Sc. *integris*: cf. *p. Mur.* 26. 53., "*honestissimo* patre atque *majoribus*;" *Philipp.* ii. 12. 29., "te *excepto* et *iis*, qui —:" add. Cortius ad *ad F.* 51. 63., ad Sallust. *J.* 19. 1., Wopkens. *M. Obss. N.* X. 257. (26) Nonius 42. (27)—(27) Cf. *Lael.* 9. 32. (28) Hand. III. 145. 24. (29) Idem V. C. ibid. 474. 13. (30) Cf. Liv. xxxix. 13. apud G. (31)—(31) V. ad 3. 8. (32) V. ad 1. 1.

73. (1) V. ad 6. 17. (2) Plat. *Phaed.* p. 62. B. (3) V. ad *de Off.* i. 31. 112. (4) Orell. *Brut.* 301., *ad Q. Fr.* 385., Goëller. *Orat.* 86., Madvig. *de F.* 72. et 264., Moser. *Parad.* 19., Bakius *de L.* 639. (5) Omnia in translatione a re militari sumpta. (6) Cf. 9. 30. (7) Cf. 17. 61. Exstat versiculis elegiacis *Tusc.* i. 49. 119. (8) I. e. exstat: v. ad *de Off.* i. 11. 37.; adde *Tusc.* i. 34. 84. (9) V. ad 1. 1. (10) De praes. Soldan. *p. Deiot.* 177., Goerenz.

amicorum[9] et lamentis vacare. Vult[10], credo, se[11] esse carum suis[12]. Sed haud scio[13], an melius Ennius:

Nemo[14] me lacrumis decoret[15], neque[16] funera[17] fletu[18]
Faxit[19].

Non[20] censet lugendam esse mortem[21], quam immortalitas consequatur. 74 Jam[1] sensus moriendi[2] aliquis esse potest, isque ad[3] exiguum tempus, praesertim seni: post mortem quidem sensus[4] aut optandus[5] aut nullus est. Sed hoc meditatum[6] ab[7] adolescentia[7] debet esse, mortem ut[8] negligamus; sine qua meditatione[9] tranquillo[10] esse animo[10] nemo[11] potest. Moriendum est enim[12] certe, et id[13], incertum, an hoc[14] ipso

de F. 361. b, Moser. *Tusc.* I. 163., *de N. D.* 98., Bakius *de L.* 269., seq., et 523., idemque *B. C. N.* III. 213., Scheller. *Obss.* 161. et 208., Dietrich. *Qu. Gr.* 8. (11) V. ad 10. 32. (12) V. ad 3. 7. (13) Non dubitat, opinor, non plus quam *Tusc.* i. 49. 117., "*melior* Ennii." V. Gernh. *Opuscc.* 41. (14) *Nemo, inquit* Oxx. duo, unus Dr.: v. ad 22. 81. (15) I. e. honoret: laudat O. Walch. ad Tacit. *Agric.* 430. (16) *nec* G. (17) Cf. Solonis: "ut celebrent *funera* cum gemitu." Pluraliter etiam Ovid. et Silius apud O. (18) Intelligo *cum* fletu. Nam de ellipsi Hand. II. 156., Ellendt. *Brut.* 89., Garaton. *p. Mil.* 16., Soldan. *p. Lig.* 144., seq., Kritz. ad Sallust. *J.* 293., Wopkens. *M. Obss. N.* X. 105., seq., Lochner. *Obss. ad Caes.* 30. (19) Sc. *quisquam:* vv. Manut. *p. Quint.* 26., *p. Rosc. C.* 2., *p. Flacco* 20., Gronov. *Obss.* iv. 2., Ochsner. 149. De forma autem *faxit* Zumpt. § 161., Madvig. *Opuscc.* II. 75., seqq. Ceterum exstat complementum versiculi *Tusc.* i. 15. 34. (20) *non e. l. m. c.* aliquot, frustra: v. ad *de Off.* i. 13. 39.; adde *de Or.* iii. 24. 92., *Orat.* 41. 140., *in Verr.* iii. 72. 168., *ad F.* i. 9. 18., *ad A.* i. 18. 3., v. 21. 1., x. 8. 1. (21) Sc. *eam:* Zumpt. § 765.

74. (1) Cf. § 72. (2) *-ti* aliquot, male: cf. *Lael.* 3. 12. (3) Hand. I. 88. 3.; adde *Tusc.* i. 34. 83., *Lael.* 15. 53. (4) Del. 1.: v. ad 10. 32. (5) *aut o. est aut n. est* 2. Cf. 19. 67. (6) I. e. ante tempus factitatum atque consuetum: vv. Beier. *de Off.* I. 245., Gies. *de D.* 314. Ad rem autem adhibe *Tusc.* i. 30. 74., 31. 75.: v. Beier. *de Off.* I. 62. (7) Hand. I. 21. 3.; adde *in Verr.* ii. 34. 83., *ad F.* vi. 22. 2., xiii. 21. 1. (8) V. ad *de Off.* iii. 5. 22.; adde *in Verr.* p. 14., 19., 109., 201., 287., 292., 359., 474., 475., 603., 624., cet., ed. Z., *ad F.* p. 55., 62., 68., 69., 72., 80., 100., 102., 108. bis, 114., 120., 121., 124., cet., ed. Or. (9) I. e. praeparatione: v. supra ad "*meditatum.*" (10)—(10) *animus tranquillus esse non potest* 2. a pr. m. (11) *p. nemo* R.: v. ad 4. 12. e. (12) Sic 1., 2.; v. Hand. II. 399. 5.; vulg. *m. enim c. e.*: cf. *Tusc.* i. 5. 9. (13) I. e. et incertum est an id hoc ipso die *facien-*

die. Mortem igitur omnibus horis impendentem timens[15] qui[16] poterit animo consistere[17]? De qua non ita[18] longa disputatione[19] opus esse videtur, quum recorder, non[20] L. Brutum[21], qui in[22] liberanda patria est interfectus[23]; 75. non duo[1] Decios[2], qui ad voluntariam mortem cursum[3] equorum incitaverunt; non M. Atilium[4], qui ad supplicium est profectus[4], ut fidem hosti datam conservaret[4]; non duo[1] Scipiones, qui iter Poenis vel[5] corporibus[6] suis obstruere voluerunt[7]; non avum tuum, L. Paullum, qui morte luit collegae in[8] Cannensi ignominia[9] temeritatem; non M. Marcellum, cujus interitum ne crudelissimus[10] quidem hostis[11] honore[12] sepulturae carere passus est[13]; sed legiones[14] nostras[15], quod scripsi in Originibus[16], in eum saepe[17] locum[18] profectas alacri animo[19] et erecto[20], unde redituras[21] numquam[21] arbitrarentur[22].

dum sit. De intercisa orat. ad 2. 5.; de ellipsi autem ad 16. 58. Sic equidem accipio. Vulgo autem ita accipiunt, ut *id incertum* jungant, subaudientes *sit moriendum;* qua ratione abundat fere *id.* (14) Sic R., Ciz., B.: vulg. *eo.* (15) I. e. qui timet: v. ad 11. 38. (16) Heindorf. *de N. D.* 40., Beier. *de Off.* II. 32. (17) Cf. *Philipp.* ii. 28. 68., *de D.* ii. 72. 149. (18) Hand. III. 490. 18. (19) Cf. *Tusc.* i. 37. 89. (20) I. e. non dico: Hand. IV. 282. 13. (21) De quo *Tusc.* i. 37. 89. Notat autem O. duplex verbi regimen, primum simplicis acc., deinde accusativi c. infin., conferens *ad A.* xiv. 21. 2., "*narrabat,*" et laudans Jahn. ad Virg. *Ecl.* vi. 71; add. Kritz. ad Sallust. *C.* p. 31.: cf. 10. 34., "*audire;*" *de F.* iii. 7. 25., "*complectitur;*" *de L.* i. 22. 58., "*docuit.*" (22) Hand. III. 258. 15.: cf. *Parad.* i. 1. 12. (23) *-emptus* 1.

75. (1) Moser. *Tusc.* I. 380., Osann. *de Rep.* 468. (2) Noluit nepotis Decii rationem habere, ut etiam *de D.* i. 24. 51. (3) V. ad 1. 3. e., 15. 51. (4)—(4) Cf. *de Off.* iii. 27. 100. (5) Ochsner. 125. (6) Cf. *Parad.* i. 2. 12. (7) Cf. 6. 20. (8) I. e. Cannensis ignominiae: v. ad 9. 28. (9) Cf. Sueton. *Aug.* 23., "Graves *ignominias* cladesque." (10) Cf. *de Off.* i. 12. 38. (11) Cf. *in Verr.* ii. 21. 51. (12) Cf. Virg. *Aen.* vi. 333., x. 493., Ovid. *Trist.* iii. 3. 45. (13) Liv. xxvii. 28. (14) Cf. *Tusc.* i. 42. 101. Exemplum e Catone servavit Gell. iii. 7. (15) Abundat pron.: cf. *Tusc.* locum: "Sed quid duces et principes nominem, quum *legiones* scribat Cato saepe —?" Scribendum ergo *legiones novas,* sicut re vera bello Punico, quotannis ferme exercitibus deletis, novis legionibus est dimicatum. Et nota mox "*adolescentes.*" (16) V. ad 11. 38. (17) *in e. esse l. saepe* 2. (18) Cf. *p. Lig.* 9. 28., u. v. Beneckeus. (19) V. ad 1. 1. Cf. *de F.* i. 17. 57. (20) Cf. *ad*

Quod igitur adolescentes[23], et ii quidem non solum indocti, sed etiam rustici, contemnunt, id[24] docti senes extimescent? 76. Omnino[1], ut mihi quidem videtur, rerum[2] omnium satietas vitae facit satietatem. Sunt pueritiae certa studia: num[3] igitur ea desiderant[4] adolescentes? Sunt ineuntis[5] adolescentiae: num[3] ea constans[6] jam[7] requirit[8] aetas, quae media dicitur? Sunt etiam hujus[9] aetatis: ne[10] ea quidem[10] quaeruntur[11] in[12] senectute. Sunt extrema quaedam studia senectutis: ergo, ut superiorum aetatum studia occidunt, sic occidunt[13] etiam senectutis. Quod quum evenit[14], satietas vitae tempus maturum[15] mortis affert.

XXI. 77. Equidem[1] non video[2], cur, quid ipse[3] sentiam[4] de morte, non audeam vobis[5] dicere: quod[6] eo melius mihi cernere[7] videor[8], quo ab eo[9] propius[10] absum[10]. Ego vestros patres, P. Scipio[11], tuque, C. Laeli[11], viros clarissimos mihique amicissimos, vivere arbitror[12], et eam quidem vitam[13], quae est sola[14] vita nominanda. Nam, dum sumus in his inclusi compagibus[15] corpo-

Herenn. ii. 19. 29. Sed non sequitur fuisse afflictas antea: v. Dietsch. ad Sallust. *J.* 184. (21) Sic 2., Bas., Trev.: vulg. *u. se numquam.* De pron. omisso v. ad 9. 30.; ad postpos. autem adv. cf. *Philipp.* ii. 16. 40., iii. 9. 24., xiii. 19. 43., *ad F.* xi. 9. 2. (22) De conjunctivo Etzler. in Jahnii *Ann. Philoll.* 1829. p. 219. (23) Np. quibus vita carior esse debet. (24) Sc. mortem: cf. *p. Arch.* 5. 10., *de F.* v. 21. 59.

76. (1) Hand. IV. 378. 10. (2) Al. *studiorum*, ex seqq. (3) Cf. 6. 19. (4) Cf. 9. 27. (5) Sic cum multis 2., omisso *et.* (6) Cf. 10. 33. (7) Hand. III. 143. 20. (8) Cf. 10. 33. (9) Np. mediae. (10)—(10) Nota *ne—quidem* post *num.* (11) *requir.* 1.: v. ad 1. 2. (12) Cf. 9. 28., 10. 34. (13) Del. 1.; *s. e. occ.* 2. (14) *-erit* 1., 2.: v. Matth. *p. Mur.* 3. 8. (15) *t. m. aff. ma.* 1.

XXI. 77. (1) *Non enim v.* R., frustra: cf. *de Or.* i. 14. 61.: v. ad 7. 21. (2) Cf. *de F.* v. 5. 12., *de D.* ii. 59. 121. (3) *i. q.* aliquot. (4) Cf. *de Or.* i. 14. 61., 44. 195., ii. 4. 15., 10. 40., 90. 365. (5) Om. edd. aliquot. (6) Np. quod sentio de morte. (7) Saepe de animo dicitur; v. Nizol.: cf. 23. 82. (8) Cf. *de Rep.* ii. 11. 22., *Lael.* 5. 19., 8. 27., 9. 29., supra 19. 71. (9) Dedit neutrum G., sed doctis non probavit. Igitur cf. *de F.* iii. 6. 21., u. v. Madvig., v. 13. 37., *Tusc.* v. 13. 39., *de L.* i. 16. 45., ubi Bakius. (10) Hand. IV. 601. 3.; adde *Tusc.* i. 12. 26. (11)—(11) V. ad 2. 4.: cf. *Lael.* 27. 100. (12) Cf. *Acad.* ii. 47. 146. (13) Cf. *in Verr.* ii. 47. 118., *p. Clu.* 61. 170., *de L.* fragm. ap.

ris[16], munere quodam necessitatis[17] et gravi opere[18] perfungimur: est enim animus coelestis ex altissimo domicilio[19] depressus et quasi demersus in terram, locum divinae naturae aeternitatique contrarium[20]. Sed credo deos immortales sparsisse[21] animos in corpora humana, ut essent qui terras tuerentur[22] quique coelestium ordinem contemplantes[23] imitarentur[24] eum[25] vitae modo[26] atque constantia. Nec me solum ratio[27] ac disputatio[27] impulit, ut ita crederem, sed nobilitas[28] etiam summorum philosophorum[29] et auctoritas[30].
78. Audiebam[1] Pythagoram[2] Pythagoreosque[2], incolas[2] paene nostros, qui essent[3] Italici[4] philosophi quondam nominati, numquam dubitasse, quin ex[5] universa mente divina delibatos animos[5] haberemus[6]. Demonstrabantur[7] mihi praeterea, quae Socrates[8] supremo vitae die de immortalitate animorum disseruisset, is[9], qui esset[10] omnium sapientissimus[11] oraculo Apollinis judicatus. Quid multa[12]? sic[13] mihi persuasi[13], sic sentio, quum tanta celeritas[14] animorum[15] sit, tanta memoria[16] praeteritorum futurorumque pru-

qui consulatum petivit numquam, factus est consul[13] bis[14]; primum ante tempus[15]; iterum sibi[16] suo tempore, rei[17] publicae[17] paene sero; qui, duabus urbibus[18] eversis[19] inimicissimis[20] huic[21] imperio, non modo praesentia, verum etiam futura bella delevit[22]. Quid[23] dicam[23] de moribus facillimis, de pietate in[24] matrem, liberalitate in sorores, bonitate in suos, justitia in omnes? Nota sunt vobis. Quam[25] autem civitati carus[25] fuerit, moerore funeris indicatum[26] est. Quid igitur hunc[27] paucorum annorum[28] accessio juvare potuisset? Senectus enim, quamvis non sit gravis, ut memini Catonem anno[29] ante, quam esset mortuus[30], mecum[31] et cum[31] Scipione disserere[32], tamen aufert eam viriditatem[33], in[34] qua etiam nunc[35] erat Scipio. 12. Quamobrem vita quidem talis fuit vel fortuna[1] vel gloria[1], ut nihil posset accedere; moriendi[2] autem sensum[2] celeritas abstulit. Quo de genere[3] mortis difficile[4]

(12) Del. aliquot. (13) Del. 2., sicut etiam apud Sallust. *J.* 14. 16. unus; frustra: cf. *de Or.* i. 7. 26. (14) Ellendt. *de Or.* II. 182., seqq. (15) Bene contulit B. *Brut.* 1. 5., *ad F.* v. 16. 5. (16)—(16) Contulit B. *Brut.* 1. 5., *ad F.* v. 16. 5., Plat. *Phaed.* c. 66.; adde nos ad Sallust. p. 141. n. 60.

11. (1)—(1) Cf. *in Verr.* Act. I. 14. 50. et Accus. i. 4. 9., iii. 29. 70., *p. Sext.* 23. 51., *ad F.* iv. 14. 1., ix. 24. 4., *Acad.* ii. 41. 128. *de Off.* i. 15. 46. (2) Ironice: cf. *p. Rosc. A.* 45. 131., 49. 147., *p. Balb.* 3. 7., *Philipp.* ii. 28. 70., inf. 13. 48. (3) *-mi* aliquot, frustra. (4) Np. optandum. Etsi aliter G. (5) Cf. *de N. D.* ii. 61. 153. (6) Quasi optative. De periphrasi autem ad *C. M.* 6. 20. (7) De dat. ad *C. M.* 19. 71. (8) V. ad 1. 5. e. (9) Hand. III. 119. 12. (10) Idem V. C. II. 105. 2. (11) *adu.* 3. (12) Cf. *exspectationem vincere: ad F.* ii. 4. 2., iii. 10. 8. (13) Recte tuetur K. (14) *bis f. e.* *c.* 1. (15) Np. suum s. legitimum (15) Del. 2. De dat. Zumpt. § 408. adde inf. 27. 102. (17) V. ad C *M.* 6. 15. (18) Carthagine e Numantia. *d. ev. u.* 1. (19) C *de Off.* ii. 22. 76. (20) Nota ad quasi pro membro relativo add tum. (21) Δεικτικῶς. (22) V. N zol. (23) Cf. *C. M.* 16. 57. (2 Hand. III. 312. 20.; adde inf. 1 59., 19. 70. (25)—(25) V. ad *M.* 11. 35. (26) Ochsner. 36 (27) Del. 2. (28) Del. 2. (29) C *C. M.* 4. 10., 6. 19. (30) Sic 3.: *m. esset* 2.; vulg. *m. est.* (—(31) Hand. II. 170. 13., Fr scher. ad Muret. I. 373. (32) praes. ad 1. 2. (33) Cf. *Tusc.* 31. 75.; adde Virg. *Aen.* vi. 30 "*viridis* senectus." (34) Ha III. 257.; adde inf. 19. 70., 78., 27. 104. (35) Sic 1., *nunc etiam* 3.: v. Hand. II. 5 15.: al. *etiamtum.*

12. (1) Cf. *in Caecil.* 21. (Tacit. *Agric.* 44. (2)—(2) Cf. *M.* 20. 74. (3) Sive cujus gen

dictu[5] est; quid homines suspicentur, videtis: hoc tamen[6] vere licet dicere[7], P. Scipioni ex multis diebus, quos in[8] vita celeberrimos[9] laetissimosque viderit[10], illum diem[11] clarissimum[12] fuisse, quum[13], senatu dimisso, domum reductus[14] ad[15] vesperum[15] est a patribus conscriptis, populo Romano, sociis et Latinis[16], pridie quam excessit[17] e vita[17]: ut[18] ex tam alto dignitatis gradu ad superos videatur deos[19] potius, quam ad inferos pervenisse.

IV. 13. Neque enim assentior iis[1], qui haec nuper disserere coeperunt, cum corporibus simul animos interire atque omnia morte deleri[2]. Plus apud me antiquorum auctoritas[3] valet, vel nostrorum majorum, qui[4] mortuis tam religiosa jura tribuerunt[4], quod non fecissent[4] profecto[5], si nihil ad eos pertinere arbitrarentur[6]; vel eorum, qui in hac terra fuerunt Magnamque[7] Graeciam[7] (quae nunc quidem deleta est, tum[8] florebat), institutis et praeceptis suis[9] erudierunt; vel ejus, qui Apollinis oraculo sapientissimus est judicatus, qui non tum hoc[10], tum illud[10], ut in plerisque[11], sed idem[12] dicebat[13] semper, animos homi-

de morte; v. ad *C. M.* 6. 18.: cf. 25. 93. (4) Annotator tertii nostri: "Periculosum fuit dicere aliquid de morte Africani, qui occulte suffocatus est." (5) Mox ad *Ciceronian.* § 34. (6) Del. 2. (7) Del. 2. (8) V. ad *C. M.* 3. 9. (9) Sive ex multis diebus celeberrimis, quos —: v. ad *de Off.* iii. 25. 95.; adde inf. 6. 22., 23. 86. et 88., supra 2. 7. Sunt autem *dies cel. laet.que* dies, quibus ipse celebratus maxime et frequentia eorum qui colebant et observabant stipatus laetissimusque fuerit; vv. quos laudat Ernest. ad Tacit. *Agric.* 34. (10) Cf. *ad F.* xiii. 1. 3., *ad A.* xvi. 11. 1. (11) Del. Oxx. duo, frustra: v. ad *C. M.* 10. 32. (12) Nota variatum adj.: v. ad *de Off.* iii. 4. 19. (13) I. e. qui tum fuerit, quum —: v. ad *C. M.* 23. 84. (14) Cf. *C. M.* 18. 63. (15) Hand. I. 99. (16) Cf. *de Rep.* vi. 12. (17)—(17) Cf. *Tusc.* i. 24. 57. (18) V. ad *C. M.* 13. 45. e.: cf. 15. 55., 17. 61. et 62., 22. 84., 25. 96. (19) Recte tuetur G.: accedunt mei tres.

IV. 13. (1) Cf. *C. M.* 23. 85. (2) Cf. *Tusc.* i. 12. 27., *de N. D.* i. 15. 38. (3) Cf. *C. M.* 21. 77. e. (4)—(4)—(4) Cf. *Tusc.* i. 12. 27. (5) Cf. 14. 50. (6) Recte de perpetua opinione interpretatur imperf. Bakius *de L.* 635. (7) Cf. *C. M.* 21. 78. (8) *tunc* B.: at cf. *in Caecil.* 21. 69. (9) *inst. suis et p.* 1.: v. ad *C. M.* 1. 1. (10)—(10) Cf. *de N. D.* i. 18. 47. (11) Np. solebat dicere. Sic etiam 1., 2., 3.: al. *ut plerique*, male; nam proprium hoc Socraticorum atque Academiae. (12) Cf. Xenoph. *M. S.* iv. 416., Plat. *Sympos.* 44. et

num esse divinos, hisque[14], quum ex corpore[15] excessissent, reditum[16] in[17] coelum patere, optimoque[18] et justissimo cuique expeditissimum[18]. 14. Quod[1] idem[1] Scipioni videbatur[2]; qui quidem, quasi praesagiret, perpaucis ante mortem diebus, quum et Philus et Manilius adessent et alii plures[3], tuque etiam, Scaevola[3], mecum venisses, triduum disseruit[4] de re publica: cujus disputationis[4] fuit extremum fere[5], de immortalitate animorum quae[5] se in quiete[6] per visum[6] ex Africano audisse dicebat. Id[7] si ita[8] est, ut[9] optimi cujusque animus in[10] morte facillime evolet tamquam e custodia vinculisque[11] corporis; cui censemus[12] cursum ad deos faciliorem fuisse, quam Scipioni? Quocirca moerere hoc ejus eventu, vereor[13] ne invidi magis, quam amici sit. Sin autem illa[1] veriora[15], ut[16] idem interitus sit animorum et corporum, nec ullus sensus maneat; ut nihil boni est in morte, sic certe[17] nihil mali. Sensu enim amisso, fi idem, quasi natus non esset omnino[18]: quem tame esse natum et nos gaudemus et haec[19] civitas[19], dum

Gorg. p. 490. E. ([13]) Del. aliquot; *s. d.* 2., 3. ([14]) Sic 1., 2., 3., B.: al. *iisque.* ([15]) Recte sing. tuetur G.; adde *C. M.* 22. 81., inf. 13. 48., 15. 54. et 55., 16. 56., 22. 82., 23. 87. ([16]) Cf. *Tusc.* i. 30. 72., *Somn. Scip.* § 14. et 18., seq. ([17]) Cf. *Philipp.* ii. 42. 108., "*reditus Romam;*" iii. 2. 3., iv. 1. 3. "*a Brundisio;*" viii. 11. 32., "*ad Antonium.*" ([18])—([18]) Cf. *p. Rab., P. R.,* 10. 29., *p. Sext.* 21. 47., 62. 131., *Tusc.* i. 12. 27., *de L.* ii. 11. 27., *de N. D.* iii. 5. 12.

14. ([1]) Vv. G. ad l., Moser. *Tusc.* I. 576. II. 331. et 462.; adde *C. M.* 19 71. ([2]) Cf. *de Off.* iii. 12. 51. ([3])—([3]) Cf. *ad A.* iv. 16. 2., *de Rep.* i. 12. ([4])—([4]) Cf. *ad A.* v. 20. 4., "*cedentes* . . . Qua in *fuga* —." ([5])—([5]) Ita distinguo: vulg. *e. f. de imm. a.: quae* —. De rel. postpos. ad *C. M.* 23. 85. e. ([6])—([6]) V. s 1. 3.; adde Sallust. *C.* 7., "*castris per usum.*" ([7]) Ellen *Brut.* 59., Wunder. *p. Planc.* 6 Cortius ad Sallust. 285. b. (V. ad *C. M.* 11. 35. ([9]) V. in paulo. ([10]) I. e. quum mors fi Hand. III. 256. 14. ([11]) *vincl que* 1., 2., 3.: v. ad *C. M.* 22. 8 ([12]) Cf. *de Off.* ii. 7. 25. ([13]) ad *C. M.* 7. 21. ([14]) Vid. C add. Cortius ad Sallust. 285. l cf. 7. 23., 8. 26., *Tusc.* iii. 29. 7 31. 74. ([15]) V. ad *C. M.* 3. ([16]) Vid. G. ad l., sed etiam *Opus* 243. n., 260., Scheller. *Obss.* 20 230., 313., Ochsner. 95., Dietri *Qu. Gr.* 26., seqq., interpp. ad *Rosc. A.* 41, 121., Madvig. *de* 145., seq., et 164., Moser. *Tusc* 267., II. 278., nos *de D.* 100. cf. 14. 50., 16. 57., 21. 81. (Del. 3.; *n. m. c.* 1. ([18]) Hand.

erit[21], laetabitur. 15. Quamobrem cum[1] illo quidem, ut supra dixi[2], actum[1] optime[2] est; mecum incommodius[3], quem fuerat aequius[4], ut prius, introieram[5], sic prius exire de vita. Sed tamen recordatione nostrae amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar, quia[6] cum Scipione vixerim[6]: quocum[7] mihi conjuncta[8] cura de re publica et de[9] privata fuit, quocum et domus et militia communis, et id, in quo est omnis vis amicitiae, voluntatum[10], studiorum, sententiarum summa consensio[10]. Itaque non tam ista me[11] sapientiae, quam modo Fannius commemoravit, fama delectat, falsa praesertim, quam quod amicitiae nostrae memoriam spero sempiternam fore: idque eo mihi[12] magis est cordi[13], quod ex omnibus seculis vix tria aut quatuor[14] nominantur paria[15] amicorum: quo in genere[16] sperare[17] videor[18] Scipionis et Laelii amicitiam[19] notam posteritati fore[20]. 16. FANNIUS. Istud quidem, Laeli, ita[1] necesse est. Sed, quoniam amicitiae mentionem[2] fecisti et sumus otiosi[3], pergratum mihi feceris (spero item Scaevolae[4]) si, quemadmodum soles de ceteris rebus[5], quae[6] ex te quaeruntur[7], sic de amicitia, disputaris[8], quid sentias, qualem[9] existimes, quae praecepta des[10]. SCAEVOLA. Mihi

376. 7. (19) Cf. 8. 28. e. (20) *haec civitas, civitas dum erit?* (21) V. ad *C. M.* 15. 54.

15. (1)—(1) Cf. 3. 12. (2)—(2) Dixit supra (3. 11.) *praeclare:* v. ad *C. M.* 15. 53. (3) V. ad *C. M.* 3. 8. (4) Cf. *de D.* i. 18. 36. (5) Np. *in vitam.* (6)—(6) Garaton. *Philipp.* ii. 8, Cortius ad Sallust. *C.* 18. 3., *J.* 98. 6.: cf. 17. 63. e. (7) Cf. 1. 2. (8) Cf. *de F.* iii. 2. 8. (9) *et* (de) 1.; (et) *de* 2.; *et de re* 3.: v. Zumpt. § 745. (10)—(10) Ad rem Cortius ad Sallust. *C.* 20. 4., interpp. ad Plat. *Clit.* § 6.: cf. 17. 61. (11) V. ad *C. M.* 8. 26.: cf. 8. 26. (12) Del. 2. (13) Ciceronianus noster § 120. (14) *quattuor* 1.: v. ad. *C. M.* 5. 15. (15) Cf. *de F.* i. 20. 65., *de Off.* iii. 10. 45. (16) V. ad *C. M.* 2. 4. (17) V. ad *C. M.* 2. 6. (18) Madvig. apud Henrichsen. ad *de Or.* ii. 28. 122.: cf. 8. 27., 9. 29. (19) *S. a. et L.* 3.: v. ad *C. M.* 1. 1. (20) V. ad *C. M.* 6. 19.

16. (1) V. ad *C. M.* 11. 35. (2) *m. a. f.* 1.; *a. f. m.* unus apud G.: v. ad *C. M.* 18. 63. (3) Cf. *de N. D.* ii. 1. 3. (4) V. ad *C. M.* 2. 6. (5) Del. Goth. a.: cf. *C. M.* 1. 3. (6) Sic 2., 3.: al. *quum.* (7) I. e. quaeri solent: nam frustra G. (8) Jungo *sic disp., q. s. de a*; v. ad *C. M.* 2. 5.: cf. *de Or.* ii. 57. 233., *de N. D.* i. 7. 16. apud B. (9) Cf. *de N. D.* ii. 59. 147., *de D.* i. 5. 9. (10) I. e. danda putes.

vero per[11] erit gratum[11]: atque, id ipsum quum[12] tecum[13] agere[13] conarer, Fannius antevertit[14]: quamobrem[15] utrique nostrum gratum admodum[16] feceris.

V. 17. LAELIUS. Ego vero non gravarer[1], si mihi ipse confiderem: nam et praeclara res est et sumus, ut dixit Fannius, otiosi. Sed quis[2] ego sum? aut quae est in me facultas? Doctorum[3] est ista consuetudo, eaque[4] Graecorum[3], ut iis ponatur[5], de quo disputent quamvis[6] subito[7]. Magnum opus est egetqu exercitatione non parva. Quamobrem, quae dispu tari de amicitia possunt, ab eis, censeo, petatis, qu ista profitentur[8]. Ego vos hortari tantum[9] possum ut amicitiam omnibus rebus humanis[10] anteponati Nihil est enim tam naturae aptum, tam convenien ad res vel secundas vel adversas. 18. Sed hoc[1] pr mum sentio[2], nisi[3] in bonis amicitiam esse non posse Neque id ad[5] vivum reseco[5], ut illi, qui haec subt lius[6] disserunt, fortasse vere[7], sed ad communem ut litatem parum. Negant enim, quemquam esse viru bonum, nisi[8] sapientem[9]. Sit ita sane: sed eam[10] s

(11)—(11) Vulg. *M. v. perg. erit.* At K. de sententia Beieri *Mihi vero:* sc. *feceris,* variatione sermonis sublata, quae minime a librario quaesita esse videtur: cf. *C. M.* 2. 6. Sed ne per urbanitatem quidem poterat S. curta ista uti ellipsi: cf. *Acad.* i. 8. 33., "Nos vero *volumus.*" Mei sic: *M. v. e. g.* 1., 3.; *id g. e.* 2. Bene jam Orell. tmesin subesse est suspicatus; sed conjectura ipsius a formula responsionis recedit: *per mihi gratum feceris.* Itaque dedi ego: *Mihi vero per erit gratum.* Cf. *ad A.* i. 4. 3., 20. 7., v. 10. 4., x. 1. 1., xiv. 11. 2., xv. 4. 2., *ad F.* iii. 5. 3.; add. Hand. IV. 448. 20. (12) V. ad *C. M.* 16. 55.: cf. 25. 94., 26. 98. (13) Cf. 1. 4. Sed h. l. notandus accus.: cf. *ad F.* iii. 10. 8., xiii. 57. 2., 64. 1., xv. 14. 5. (14) *-vor-* 1., 2. 15) Cf. 9. 32. e., 26. 100. (16) Hand. I. 17 adde 21. 76., 26. 99.

V. 17. (1) Cf. *de Or.* i. 107., *de Rep.* iii. 21. (2) *quid quot:* cf. *ad F.* ix. 21. 1., *a* iii. 15. 2. (3) Cf. *de Or.* i. 102. (4) I. e. quasi *eorumque.* Cf. *Tusc.* i. 4. 7., iii. 6. 13., 54., *de Fa.* 2. 4., ubi v. Davi (6) V. ad *C. M.* 2. 4. (7) C *Or.* i. 33. 150. (8) Cf. *de O* 22. 103. (9) *tamen* 1.; *tam* 2.; *tantum h.* 3. (10) Del. 3 *h. r.* 2. cf. 6. 20. et 22., 27. 1

18. (1) Cf. 15. 54. (2) M *de Rep.* 122., Lennep. *B. C.* 267.; adde *de Or.* i. 25. 113. 61. 229., *ad A.* viii. 8. 1. Hand. IV. 243. (4) Cf. 18 (5)—(5) I. e. nimis premo e geo, interprete Schuetzio. (2, 7. (7) *verius* 3. (8) Hand 254. 33. (9) Moser. *Parad.*

pientiam interpretantur, quam[10] adhuc mortalis nemo[11] est consecutus. Nos autém ea, quae sunt in usu vitaque[12] communi[12], non ea, quae finguntur aut optantur[13], spectare debemus. Numquam ego dicam, C. Fabricium[14], M. Curium[14], Ti. Coruncanium[14], quos sapientes nostri majores judicabant, ad[15] istorum normam fuisse sapientes. Quare sibi[16] habeant[16] sapientiae nomen et invidiosum et obscurum; concedant[17], ut[18] hi viri boni[19] fuerint. Ne id quidem facient: negabunt id, nisi sapienti, posse concedi. 19. Agamus igitur pingui[1] Minerva[1], ut aiunt[2]. Qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, aequalitas[3], liberalitas; nec sit in eis[4] ulla cupiditas vel[5] libido vel[5] audacia; sintque[6] magna constantia, ut ii fuerunt[7], modo quos[8] nominavi; hos viros bonos, ut habiti[9] sunt, sic etiam[10] appellandos putemus; quia sequantur[11], quantum homines possunt, naturam, optimam bene[12] vivendi ducem[13]. Sic enim mihi[14] perspicere videor[15], ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quaedam; major[16] autem, ut quisque proxime[16] accederet. Itaque[17] cives potiores, quam peregrini; et propinqui, quam alieni: cum his enim amicitiam natura ipsa peperit. Sed ea non satis habet firmitatis. Namque hoc prae-

(10)—(10) I. e. talem —, qualem —. (11) *n. m.* 1., 2., 3. (12) Cf. 6. 21., 11. 38., *de N. D.* iii. 27. 69., *de D.* i. 39. 86., ii. 41. 86., *de Off.* ii. 4. 13. (13) Cf. *de N. D.* i. 8. 19., *de Fa.* 20. 46. (14) Cf. *C. M.* 6. 15. (15) Hand. I. 108. (16) Cf. *C. M.* 16. 58. (17) Sic 2., 3., sine *-que.* (18) Cf. *in Verr.* iv. 4. 8., 5. 10., *de F.* v. 26. 78.: vidd. Hand. ad Wopkens. 404., Madvig. *de F.* 32., seq., Moser. *Tusc.* I. 267. (19) Sic postposuit K., prob. Soldano *p. Deiot.* 212.: accedunt 1., 2. Contra *de L.* i. 14. 41., u. v. Bakius 395.

19. (1) Non nimis subtiliter. Idem est Horatianum "*crassa M.*" (2) *p.*, *ut a.*, *M.*, aliquot, frustra. Mox ad *Ciceronian.* § 234. (3) Sic 1., 2., 3., K.: al. *aequitas.* (4) Sic 1., 2., 3.; al. *illis.* (5) Del. 3., K. (6) *sitque* 1., 2., 3. (7) Del. 3. (8) V. ad *C. M.* 23. 85. e. (9) Cf. 1. 5. (10) Cf. *C. M.* 6. 20. (11) Al. *-untur*: cf. 4. 15. (12) Del. 3. (13) Cf. *C. M.* 2. 5. (14) Del B.: v. ad *de Off.* i. 1. 1. (15) Cf. *C. M.* 21. 77. (16)—(16) Nota superl. c. compar. junctum. (17) Omittit inclinatam structuram; v. ad *C. M.* 18. 63.: cf. *de N. D.* ii. 52. 129. Ad rem autem adhibe *de Off.* i. 18. 59. (18)—(18) V. ad

stat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benevolentia tolli potest[18], ex amicitia non[18] potest[18]. Sublata[19] enim benevolentia amicitiae nomen tollitur[19], propinquitatis[20] manet. 20. Quanta autem vis amicitiae sit, ex hoc intelligi maxime[1] potest, quod ex infinita societate generis humani, quam conciliavit[2] ipsa natura, ita contracta[3] res est et adducta in angustum[3], ut omnis caritas aut inter duos[4] aut inter paucos jungeretur.

VI. Est enim[1] amicitia nihil aliud, nisi omnium[2] divinarum humanarumque rerum[3] cum benevolentia et caritate consensio[4]. Qua quidem, haud[5] scio[5], an excepta[6] sapientia, nihil[7] melius[8] homini sit a diis immortalibus datum[8]. Divitias alii praeponunt, bonam alii valetudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. Beluarum[9] hoc quidem extremum est: illa autem superiora caduca et incerta, posita non tam in consiliis nostris, quam in fortunae temeritate[11]. Qui autem in virtute summum bonum ponunt, praeclare[12] illi quidem: sed haec ipsa virtus amicitiam et gignit et continet; nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest. 21. Jam[1] virtutem ex consuetudine[2] vitae sermonisque nostri interpretemur, nec eam, ut[3] quidam docti, verborum magnificentia metiamur; virosque bonos eos, qui habentur[4], numeremus, Paullos[5], Catones, Gallos, Scipiones, Philo

C. M. 23. 83.: cf. 15. 55., 20. 73. ([19])—([19]) Cf. 22. 82., 27. 102., *ad A.* vii. 2. 4., *de F.* i. 19. 64. *Tusc.* iv. 27. 59., *de N. D.* i. 2. 4. ([20]) *-tas* Oxx. duo.

20. ([1]) Hand. III. 589., seq. ([2]) Cf. *p. Rosc. A.* 22. 63., *de Off.* i. 16. 50., inf. 27. 100. ([3])—([3]) Cf. *Acad.* i. 10. 38., *de N. D.* ii. 65. 164. ([4]) *duo* G.; v. ad *C. M.* 20. 75.: sed in numerali sic quasi substantive posito formam declinabilem praestare censeo.

VI. ([1]) Sic 1., 2., 3.; *autem* G. ([2]) *d. r. omniumque h.* 2.: v. ad *de Off.* i. 20. 67. ([3]) I. e. in omnibus .. rebus. ([4]) Recte K. delevit *s ma*, nim. ex 4. 15. adscitum: cedit 2., nec 3. habet nisi in m ([5]) V. ad *C. M.* 16. 56. ([6]) 27. 104. ([7]) Sic 1.; *quicquam* 3.: v. ad *C. M.* 16. 56. At Ern. utrumque jungit. ([8])— V. ad *C. M.* 12. 39. ([9]) Cf. *d* ii. 33. 109., *Parad.* i. 3. 14., *d* i. 30. 105., inf. 9. 32. ([10]) C 4. ([11]) Cf. *Parad.* ii. 17. ([12] *faciunt:* Zumpt. § 771.

21. ([1]) Hand. III. 145. 24. Cf. *de Or.* i. 51. 221. ([3]) De ex subj. Zumpt. *Verr.* 196., vig. *de F.* 378. ([4]) Cf. 1. 5.

his communis[6] vita[6] contenta est; eos autem omittamus, qui omnino[7] nusquam reperiuntur. 22. Tales igitur inter viros amicitia tantas[1] opportunitates habet, quantas[1] vix[1] queo dicere. Principio, qui potest esse vita vitalis[2], ut ait Ennius, quae[3] non in amici mutua benevolentia conquiescat[4]? Quid[5] dulcius, quam habere, quicum[6] omnia[7] audeas sic[8] loqui, ut[8] tecum? Quis esset tantus fructus in[9] prosperis rebus, nisi haberes, qui illis[10] aeque, ac tu[11] ipse[11], gauderet? Adversas vero ferre difficile esset sine eo qui illas[12] gravius etiam[13], quam tu, ferret. Denique ceterae[14] res, quae expetuntur, opportunae sunt singulae rebus fere singulis; divitiae, ut utare[15]; opes, ut colare; honores, ut laudere; voluptates, ut gaudeas; valetudo, ut dolore careas et muneribus fungare corporis: amicitia[16] res plurimas continet; quoquo te verteris[17], praesto[18] est, nullo loco excluditur, numquam intempestiva, numquam molesta est. Itaque non aqua[19], non igni[19], ut aiunt[20], locis pluribus utimur, quam amicitia. Neque ego nunc de vulgari aut de[21] mediocri (quae tamen ipsa et[22] delectat et prodest) sed de vera et perfecta loquor, qualis[23] eorum, qui pauci[24] nominantur, fuit[25]. Nam et secundas res splendidiores facit amicitia et adversas partiens communicansque[26] leviores.

VII. 23. Quumque[1] plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa[2] nimirum[3] praestat

V. ad *C. M.* 6. 15. (6) Cf. 5. 18. (7) Del. 3. Hand. IV. 377. 7.

22. (1)—(1) Cf. 2. 9. (2) Digna vitae nomine. Contraria est *v. nulla:* cf. *C. M.* 3. 7. (3) *qui* 1., 2., 3. (4) *-it* 2., 3. (5) Sc. *enim*: Hand. II. 385. (6) *quo cum* 1., 2., 3.: cf. 21. 77. (7) Del. 2. (8)—(8) *a. o. l. velut t.* 3. (9) V. ad *C. M.* 9. 28. (10) Del. 3. (11) Mox ad *Ciceronian.* § 85. Ad rem vero adhibe Eurip. *Ion.* 730–3. (12) Del. 2.; *g. i. e.* 1. (13) Hand. II. 565. 8. (14) Sc. praeter amic.: v. ad *C. M.* 1. 3. (15) Cf. *de Off.* ii. 20. 71. (16) Sc. *autem* vel *vero;* v. Hand. I. 567. 7.: cf. 15. 55., 23. 86. (17) Cf. *Parad.* iii. 1. 20., *de D.* ii. 9. 24. (18) Ciceronianus noster § 182. (19)—(19) Rebus vitae hominum maxime necessariis. Nota est formula *aqua et igni interdici alicui.* (20) Cf. 5. 19. (21) Del. 1., 3.: v. ad 4. 15. (22) *et ipsa* 1. 2. (23) Del. 1. (24) *perp.* 1., 2., 3. Sive *eor. paucor., q.:* v. ad 3. 12. (25) Del. 1. (26) Cf. 7. 24.

omnibus, quod bonam spem[4] praelucet[4] in posterum nec[5] debilitari animos aut cadere patitur. Verum etiam[6] amicum qui intuetur, tamquam exemplar ali quod[7] intuetur sui. Quocirca et absentes adsunt e egentes abundant et imbecilli[8] valent et, quod difficiliu dictu est, mortui vivunt[9]. Tantus eos honos, memo ria[10], desiderium[10] prosequitur amicorum. Ex qu illorum beata mors videtur, horum vita laudabili Quod[11] si[11] exemeris ex natura rerum[12] benevolentia conjunctionem, nec domus ulla[13] nec urbs stare pot rit; ne agri quidem cultus permanebit[14]. Id[15] si m nus[16] intelligitur, quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex[18] dissensionibus atque discordiis percipi[19] potes Quae enim domus tam stabilis, quae tam firma[20] c vitas est[21], quae[22] non[22] odiis et dissidiis[23] funditus poss everti? Ex quo, quantum boni sit in amicitia, judica potest. 24. Agrigentinum[1] quidem[2] doctum quemda virum carminibus Graecis vaticinatum ferunt[3], qu in rerum natura totoque mundo constarent quaeq moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare d cordiam. Atque hoc quidem omnes mortales et i telligunt et re[4] probant. Itaque, si quando aliquod o cium exstitit amici in periculis aut adeundis aut co municandis[5], quis est, qui id non maximis efferat lau

VII. 23. (1) De *-que* in transit. ad *de Off.* i. 42. 150.; add. Scheller. *Obss.* 295., Beier. ad 16. 57. infra. (2) V. ad 4. 14. (3) Hand. IV. 204. 1. (4) *bona spe* 1., 2. Cf. Auson. *Idyll.* iv. 95. apud Forcell., "*lumenque* tuae *praeluceo* vitae." (5) Exegetice: cf. 11. 37. (6) *enim* aliquot. (7) Del. 3. (8) Moser. *Parad.* 40. (9) Cf. 27. 102. (10) *et m. et d.* 1., 2.: cf. *C. M.* 13. 44. (11) V. ad *C. M.* 6. 20.: cf. 9. 29., 10. 34., 11. 38., 13. 47., 14. 50., 15. 53., 20. 73., 21. 81., 26. 97. (12) *r. n.* 1., 3. (13) Del. 2; *n. d. n. u. ulla* 3. (14) I. e. poterit permanere: v. ad *de N. D.* ii. 46.; adde *Brut.* 322., *ad F.* ix. 9. 3., *Tusc.* i. 56., *Parad.* vi. 51., inf. 22. Ad rem autem adhibe *de Off.* i 12. (15) Sequitur epexeg "quanta . . . sit." Aliter 4. (16) Hand. III. 621. 6.; adde 17. 61., 27. 100. (17) Ad Sallust. *J.* 10. 6. (18) Del. (duo: de abl. ad 2. 8. (19) *spici* corrigit Madvig. Non reci vid. Nizol. (20) De chiasmo jectivi Ellendt. *de Or.* II. 171. Del. 1., 2.; *f. est c.* 3. (22) H IV. 264. 9. (23) Inf. ad 10.

24. (1) Empedoclem. (2) ad *C. M.* 9. 30. (3) Ibid. 17

bus? Qui clamores[6] tota cavea nuper in[7] hospitis et amici mei M. Pacuvii nova fabula[6], quum, ignorante rege, uter[8] esset Orestes, Pylades Orestem esse se[9] diceret, ut pro[10] illo necaretur, Orestes autem, ita[11] ut erat, Orestem se esse perseveraret[12]! Stantes[13] autem[14] plaudebant in[15] re ficta[16]: quid arbitramur in vera[17] facturos fuisse? Facile[18] indicabat ipsa natura vim suam, quum homines, quod facere ipsi non possent, id recte fieri in[19] altero judicarent. Hactenus[20], mihi videor[21], de amicitia quid sentirem, potuisse[22] dicere. Si qua praeterea sunt (credo autem[23] esse[24] multa) ab iis, si videbitur, qui[25] ista[26] disputant, quaeritote. 25. FANNIUS. Nos autem[1] a te potius. Quamquam etiam ab istis saepe quaesivi; et audivi non invitus equidem[3]. Sed aliud quoddam filum[4] orationis tuae. SCAEVOLA. Tum[5] magis[6] id diceres[6], Fanni, si[7], nuper in hortis Scipionis quum[7] est de re publica disputatum, affuisses. Qualis tum patronus[8] justitiae[8] fuit contra accuratam[9] orationem Phili! FANNIUS. Facile id[10] quidem fuit, justitiam justissimo viro[11] defendere[10]. SCAEVOLA. Quid[12]? amicitiam nonne[13]

(4) V. Nizol. (5) Cf. 6. 22. (6)—(6) Cf. *de F.* v. 22. 63. (7) I. e. quum fabula ageretur. (8) Sic 3.; *u. illorum* 1.; *u. horum* 2. (9) Sic 1.; *P. se O.* 2.; *se esse d.* 3. (10) Hand. IV. 581. 6. (11) Del. 3. (12) *-bat* 2. Sc. dicens. (13) Nimirum quod inusitatum. (14) Sic addunt 1., 2., 3.: v. Hand. I. 571. 12. (15) V. ad 2. 9. (16) Del. 2.: *ficta in re?* (17) *in v. re* 2.: v. ad *C. M.* 10. 32. (18) Moser. *de Rep.* 485. (19) V. ad 2. 9. (20) Hand. III. 6. 1. (21) De intercisa orat. ad *C. M.* 2. 5. (22) Cf. 5. 17. Male edd. vett. quaedam *potissime dixisse.* (23) V. ad *C. M.* 3. 7. (24) Del. 3.; *m. e.* 2. (25) *i. q.* 1.; v. ad *C. M.* 23. 85. e.

25. (1) *vero* M.; quae particula potius assentientis est, ut 4. 16. (2) V. ad *C. M.* 1. 1.; adde inf. 9. 29., 10. 33., 26. 97. (3) *quidem* 1. 3. (4) *est f.* G. Codd. autem alius alio loco addunt *expectamus* vel *expetimus.* (5) *Tu* 1., 2., 3., G., prob. Handio III. 556. 3.; sed contulit Beier. *de Rep.* i. 40. 62. (6)—(6) Plaut. *Mil.* v. 36. apud Hand. III. 560. 12., "*Magis id dicas,* si scias, quod scio." (7) Sic etiam h. l. distinguendum putavi, ut 2. 7.: vulg. *si n. in h. S., quum* —. (8) Cf. *de Rep.* iii. 24. (9) Cf. *de Or.* i. 60. 257., ii. 57. 233., *Brut.* 8. 30., 95. 326., *ad A.* vii. 8. 4.; add. Moser. *de Rep.* 56. b. (10)—(10) Ellendt. *Brut.* 58., Matth. *p. Mil.* 16. 43. (11) De dat. ad *C. M.* 19. 71. (12) V. ad C. *M.* 7. 22. (13) Hand. IV. 312. 7. (14) V. ad *C. M.* 11.

facile ei, qui ob eam summa fide, constantia justitiaque[14] servatam maximam gloriam ceperit[15]?

VIII. 26. LAELIUS. Vim hoc[1] quidem[1] est afferre. Quid enim refert, qua me[2] ratione[3] cogatis? Cogitis certe. Studiis enim generorum[4], praesertim in[5] re bona, quum[6] difficile est, tum ne aequum quidem obsistere. Saepissime igitur[7] mihi de amicitia cogitanti maxime illud[8] considerandum videri solet[9], utrum propter imbecillitatem[10] atque inopiam desiderata sit amicitia, ut in[11] dandis recipiendisque[12] meritis, quod quisque[13] minus[14] per se ipse posset, id acciperet ab alio[15] vicissimque redderet[16]; an esset hoc quidem proprium amicitiae, sed antiquior[18] et pulchrior et magis a natura ipsa profecta alia causa. Amor enim, ex quo amicitia nominata[19] est, princeps[20] est ad[20] benevolentiam conjungendam. Nam utilitates quidem etiam[21] ab iis percipiuntur saepe, qui simulatione amicitiae coluntur[22] et observantur[22] temporis[23] causa. In amicitia autem nihil fictum, nihil simulatum; et quidquid est[25], id[26] et verum et voluntarium. 27. Quapropter a natura mihi videtur potius, quam ab indigentia, orta amicitia[1], et[2] applicatione[3] magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione[4], quantum[4] illa res utilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit, etiam in[5] bestiis[6] quibusdam animadver-

36. (15) Dictum ut *fructum capere*.

VIII. 26. (1) Cf. *Tusc.* ii. 13. 30., *de N. D.* i. 32. 89., *de Off.* i. 10. 33. e. (ubi vide), inf. 16. 58. (2) Cf. 4. 15. (3) Sic 1., 2., 3.: al. *rogatione*. (4) *generum* 3. a pr. m. (5) V. ad 2. 9. (6) *tum* 1., 3.: v. ad *C. M.* 2. 4. (7) Hand. III. 195. 27.; adde inf. 17. 62. (8) V. ad 4. 14. (9) V. ad *C. M.* 2. 4. (10) Vid. Cl. Maius *de Rep.* i. 25. (11) Del. 1.: v. ad *de Off.* i. 9. 28.; add. Hand. III. 286. 6. (12) Dictum ut *epistolas recipere*. (13) Inf. ad 9. 29. (14) *minime* 3.: cf. 7. 23. (15) *illo* 2. (16) Del. 2. (17) Del. 3.; *e. q.* 2. (18) Nonius 426. (19) Cf. *F.* ii. 24. 78., *de N. D.* i. 44. 1 (20) Matth. *p. Arch.* 1. 1. (21) *iis etiam* 1.; *ab his etiam* 2. (—(23) Cf. *de Off.* i. 41. 149.; a Cortius ad Sallust. *J.* 451. b. Cf. 15. 53. (24) Sic postpon 1., 2., 3. (25) Sic 1., 2., 3. om tunt *in ea:* at 2. del. etiam (26) *idem est v.* 1.; *idem v. est id v. et v. est* 3.

27. (1) Del. 3. (2) Del. 2. Cf. 9. 32., 14. 48., 21. 81. Cf. *ad A.* xiv. 20. 4., *ad B.* ii (5) V. ad 2. 9. (6) Cf. 21. et sic saepe; v. Nizol. (7) I

potest; quae ex se natos[7] ita amant ad[8] quoddam tempus[8] et ab eis ita amantur, ut facile[9] earum[10] sensus appareat. Quod in[5] homine multo est evidentius: primum ex ea caritate, quae est inter[11] natos[17] et parentes; quae[12] dirimi[13], nisi detestabili scelere, non potest: deinde, quum similis sensus exstitit amoris, si aliquem nacti sumus, cujus[14] cum[14] moribus[15] et natura congruamus, quod in eo[16] quasi[17] lumen[18] aliquod probitatis et[19] virtutis[19] perspicere videamur[20]. 28. Nihil est enim[1] virtute amabilius[2], nihil, quod magis alliciat[3] ad diligendum; quippe quum propter virtutem et probitatem etiam eos, quos numquam[4] vidimus[4], quodam modo diligamus. Quis est, qui C. Fabricii[5], M. Curii non[6] cum caritate aliqua[7] et[8] benevolentia[8] memoriam usurpet[9], quos numquam viderit? Quis autem est, qui Tarquinium[10] Superbum, qui Sp. Cassium, Sp.[11] Maelium[11] non oderit[10]? Cum duobus ducibus de[12] imperio[12] in Italia est[13] decertatum, Pyrrho et Hannibale; ab altero propter probitatem ejus non nimis[14] alienos animos habemus, alterum propter crudelitatem semper haec[15] civitas[15] oderit.

IX. 29. Quod[1] si[1] tanta vis probitatis est, ut eam vel in[2] eis, quos numquam vidimus, vel, quod majus[3]

mann. ad Virg. *Aen.* v. 592. (8)—(8) Hand. I. 83. 3.; adde inf. 15. 53., *de N. D.* ii. 51. 129. (9) *e.f.* 1.; *e. s. f.* 3.: *facile ut?* (10) *eorum f.* 1.; *f. s. eorum* 2. (11) Hand. III. 396. 18. (12) V. ad *C. M.* 17. 59. (13) Cf. 10. 34. (14) V. ad *C. M.* 6. 19. (15) Cf. *de Off.* i. 17. 56. (16) *ea* 2. (17) Ochsner. 122. (18) Cf. 27. 100., *C. M.* 12. 41. (19) Del. 2.: cf. 9. 32. (20) Sc. *nobis:* v. ad 5. 19.

28. (1) Hand. II. 378. 2. (2) Cf. *de N. D.* i. 44. 121. (3) Sc. homines. (4) Cf. *de N. D.* i. 44. 121. (5) V. de exemplo ad *C. M.* 7. 21. (6) Transferunt 1. et 3. ad *usurpet*. (7) Del. 3. (8) *b.que* 1.; *b.ae* aliquot ex 9. 32. (9) I. e. soleat saepe memoria uti: cf. *P. R. in Sen.* 15. 37. (10)—(10) I. e. qui Tarquinii memoriam non cum odio quodam usurpet: v. ad *C. M.* 23. 82. (11) De anaphora omissa, ad *C. M.* 7. 23. (12) Cf. *de Off.* i. 12. 38. (13) Sic addunt 1., 2., 3. (14) Hand. IV. 210. 5., nos *de Off.* ii. 23. 81.; adde *in Caecil.* 22. 71., *ad A.* ix. 13. 6.; xii. 7. 1., xv. 12. 2., *de Rep.* i. 10. (15) Cf. 4. 14. e.

IX. 29. (1) Cf. 7. 23. (2) V. ad 2. 9. (3) I. e. difficilius: Borgers. *Parad.* 26.; adde *p. Deiot.* 7. 19., *de D.* ii. 68. 141. (4) Nota numerum singularem: v. ad *de Off.*

est, in[3] hoste[4] etiam[5] diligamus; quid mirum[6], si animi[7] hominum[7] moveantur, quum eorum, quibus[8] cum[8] usu conjuncti[9] esse possunt[9], virtutem et bonitatem perspicere videantur[10]? Quamquam[11] confirmatur amor et beneficio accepto et studio perspecto et[12] consuetudine adjuncta; quibus rebus ad illum primum[13] motum animi et amoris[14] adhibitis admirabilis quaedam[15] exardescit[16] benevolentiae magnitudo. Quam[17] si[18] qui[18] putant ab imbecillitate proficisci, ut sit, per quem[19] assequatur, quod quisque[20] desideret, humilem sane relinquunt et minime generosum, ut[21] ita dicam[21], ortum amicitiae, quam ex inopia atque indigentia natam volunt[22]. Quod si ita[23] esset, ut quisque minimum in[24] se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus. Quod[25] longe secus[25] est. 30. Ut enim quisque sibi plurimum confidit, et ut quisque[1] virtute et sapientia sic est[2] munitus, ut nullo[3] egeat suaque omnia in se[4] ipso posita[4] judicet, ita in amicitiis expetendis colendisque[5] maxime excellit. Quid[6] enim[6]? Africanus[7] indigens mei[7]? Minime[8] hercle[8]

i. 16. 52. (5) Hand. II. 548. 1., 566. 10. (6) *m. est* 2., 3.: cf. *C. M.* 11. 35. (7) I. e. fere *homines;* v. ad *C. M.* 23. 82.: cf. 13. 47. (8) *c. q.* 1., 3.: v. Mueller. CC. SS. *p. Sext.* 83., seq. (9) I. e. fere *conjuncti sunt*; et recte pleonasmum notat De-G.; adde in *Caecil.* 3. 10., *in Verr.* iv. 20. 44., *ad A.* xi. 7. 6. (10) Cf. 8. 27. (11) Cf. 7. 25. (12) *etiam* 3. (13) Cf. 8. 27. (14) *amorem?* cf. *de N. D.* i. 37. 104., "motu mentis ac *ratione,*" ubi plures libri *rationis.* (15) Moser. *Tusc.* I. 435, 6., Scheller. *Obss.* 243. (16) Cf. 21. 76., 27. 100. (17) I. e. Eam autem —: v. ad 1. 5. e. (18) I. e. fere *qui* putant: vv. Zumpt. § 740., Ellendt. *de Or.* II. 258., *Brut.* 178., Matth. *p. Sext.* 20. 45., Wernsdorf. *Philipp.* I. 200., Malasp. *ad A.* iv. 2., Madvig. *de F.* 400., Goerenz. d *L.* 179. (19) *quam* 1., 2., 3. (20 *quisque ass., q. d.* 1.; frustra: c 8. 26., 13. 46., 16. 59., 17. 62 *Tusc.* i. 2. 4., *de Off.* i. 19. 65. (2 V. ad *C. M.* 12. 42. (22) V. ad (*M.* 17. 60. (23) Cf. 4. 14. (24) C *de Or.* iii. 56. 214., *Brut.* 35. 133 52. 193., *de Off.* i. 37. 133. (2 —(25) Cf. *ad F.* iv. 9. 2. Dicit ut *Q. contra* 24. 99.

30 (1) Sic 1. et 3., omisso *ma ime,* quod non posse videtur cu particulis definitivis *sic* —, *ut* · coalescere. (2) Sic iidem: vul *m. est.* (3) Zumpt. § 676. e., St erenb. *de Off.* 174. (4)—(4) (2. 7. (5) I. e. *excolendisque*: ad *de N. D.* i. 5., *de Off.* i. ; 122.; adde inf. 14. 50., 20. 7 22. 82. Cf. *Tusc.* iii. 3. 6. (Hand. II. 386. 14. (7)—(7) Cf.]

Ac[9] ne ego quidem illius. Sed ego admiratione quadam virtutis ejus, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam[10] de meis moribus habebat[10], me dilexit. Auxit benevolentiam consuetudo. Sed, quamquam utilitates[11] multae et magnae consecutae[11] sunt[12], non sunt tamen ab earum spe causae diligendi profectae.

31. Ut enim benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam (neque enim beneficium foeneramur[1]), sed[2] natura propensi ad liberalitatem sumus; sic amicitiam, non spe mercedis adducti, sed, quod omnis ejus fructus[3] in ipso amore inest[4], expetendam[5] putamus.

32. At[1] ii[1], qui pecudum[2] ritu[3] ad[4] voluptatem omnia[4] referunt[4], longe dissentiunt[1]. Nec[5] mirum[5]. Nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suspicere[6] possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt[7] in rem tam humilem tamque contemptam[8]. Quamobrem hos[9] quidem ab hoc[9] sermone removeamus. Ipsi autem intelligamus, natura[10] gigni sensum diligendi et benevolentiae caritatem facta significatione[11] probitatis[11]. Quam[12] qui[12] appetiverunt, applicant[13] sese[14] et propius admovent, ut et usu ejus[15], quem diligere coeperunt[16], fruantur et moribus: suntque[17] pares[18] in amore et aequales[18] propensioresque ad bene merendum, quam ad reposcendum; atque haec inter eos fit[19] honesta certatio[20]. Sic et utilitates ex amicitia maxi-

51. e. (8) Omittit Gell. xvii. 5. *M. autem h.* 3.: cf. 7. 25. (9) V. ad *C. M.* 8. 25. (10)—(10) Poterat etiam hic per gen., *meorum morum:* cf. 11. 37. (11)—(11) Cf. 14. 51. e. *de Off.* iii. 4. 19. (12) *sint* 2.; v. ad *C. M.* 13. 44.

31. (1) Cf. *de N. D.* i. 44. 122. (2) I. e. quasi (ut etiam mox) *sed quod*, ut recte cepit B., conferens 21. 80.: v. ad *C. M.* 23. 84. (3) Cf. *ad F.* iii. 13. 2. (4) Del. 2., 3. (5) *sic exp.* 2., iterata particula.

32. (1) *ab iis* 1.; *ab his* 2. 3.; et inf. *dissentientes* 2. et 3., *dissidentes* 1.: at sic vix poterat addi *Nec mirum.* (2) V. ad 6. 20. (3) Cf. *Philipp.* ii. 25. 62. (4)—(4 Cf.) *de Or.* i. 52. 226. (5) Cf. *Philipp.* iv. 5. 12., Sallust. *C.* 52. 23. (6) Cf. *Orat.* 28. 97., *de Off.* ii. 6. 21., ubi vide. (7) V. Nizol. (8) Cf. *C. M.* 9. 27. (9)—(9) V. ad *C. M.* 17. 60; adde *de N. D.* i. 31. 87. (10) *a n.* 2., 3.: de abl. ad 2. 8. (11) Cf. 8. 27. e. (12) Cf. *C. M.* 1. 2. (13) V. ad 8. 27. (14) *se* 1., 3.: at v. Goerenz. in Jahn. *Ann.* 1826. II. 303. apud B. (15) De interpos. gen. ad *C. M.* 1. 1. (16) *-rint* M. (17) Sic B.: al. *sintque.* (18)—(18) Cf. 16. 56. (19) Sic B.:

mae capientur[21], et erit ejus ortus a natura, quam ab imbecillitate, et[22] gravior et verior. Nam, si utilitas amicitias conglutinaret[23], eadem commutata dissolveret[23]. Sed, quia natura mutari non potest, idcirco verae amicitiae sempiternae sunt. Ortum quidem amicitiae videtis[24]; nisi quid ad[25] haec forte vultis[26]. FANNIUS. Tu vero[27] perge Laeli: pro hoc[28] enim, qui minor[29] est natu[29], meo[30] jure[30] respondeo. SCAEVOLA. 33. Recte[1] tu quidem: quamobrem[2] audiamus.

X. LAELIUS. Audite[1] ergo[2], optimi[1] viri, ea[3], quae saepissime inter[4] me et Scipionem de amicitia disserebantur. Quamquam[5] ille quidem nihil difficilius[6] esse dicebat, quam amicitiam usque ad extremum[7] vitae permanere[6]. Nam vel ut non idem expediret utrique, incidere saepe, vel ut de re publica non idem sentiretur[8]. Mutari[9] etiam mores[9] hominum saepe, dicebat, alias adversis rebus, alias aetate ingravescente[10]. Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis aetatis, quod summi puerorum amores saepe una[11] cum[11] praetexta toga[12] ponerentur[13]; 34. sin autem ad adolescentiam[1] perduxissent[2], dirimi tamen interdum contentione[4] vel uxoriae conditionis vel commodi alicujus, quod idem adipisci uterque non

al. *sit*. (20) Sc. uter plus mereat, quum nihil reposcat. (21) Dictum ut *fructus*, cetera, *capere*. (22) Del. 1., 3, M., frustra. (23)—(23) Cf. *C. M.* 20. 72. (24) Cf. *Brut.* 13. 49., *de Off.* i. 5. 14. (25) Hand. I. 110. 5.: adde *de F.* i. 8. 28., ii. 1. 2., iv. 1. 2., *Tusc.* iv. 20. 46. e., 21. 48., *de Fa.* 2. 4. (26) Sc. *dicere:* cf. *de F.* i. 8. 28., *Tusc.* iv. 20. 46. e.; add. Cortius ad Plin. *Epistt.* 608. (27) Quasi Laelius dixisset: Nunc ad reliqua pergam, nisi —. (28) Cf. 2. 7. V. ad *C. M.* 2. 6. (29)—(29) Mahn. *Misc. Lat.* 76. (30) Ex augurum disciplina interpretatur De-G.; de qua Cic. *C. M.* 18. 64.

33. (1) Cf. 2. 8. (2) Cf. 4. 16. e

X. (1)—(1) Cf. *C. M.* 12. 39. (2 *vero* 3., *M.*: v. Hand. II. 452. (3 Del. 2. (4) Hand. III. 396. 1 (5) Cf. 7. 25. (6)—(6) Cf. 11. 3 e. (7) *e. v. diem* 1., K., M.; *e.* *v.* 3.: cf. *de D.* ii. 43. 91. e "*extr. mundi;* Sallust. *J.* 21. 2 "*diei;*" 90. 1., "*aestatis.*" (8) S ab utroque. Sic 1., 3., B.: a *-rent.* (9)—(9) Cf. *C. M.* 4. 1 (10) Cf. *C. M.* 2. 6. (11) V. ad *M.* 22. 81.: adde *de F.* v. 20. 5 (12) Omittunt edd. fere ante (13) I. e. deponerentur: v. Schuet in Indice s. v. n. 15.

34. (1) *adu.* 3. (2) Sc. puer np. amores suos. (3) Sc. amore

posset. Quod[5] si[5] qui longius in amicitia provecti[6] essent, tamen saepe labefactari[7], si in honoris[8] contentionem incidissent[9]; pestem[10] enim nullam[11] majorem esse amicitiis[12], quam in[13] plerisque pecuniae[14] cupiditatem[14], in[13] optimis[15] quibusque honoris certamen et gloriae; ex quo[16] inimicitias maximas saepe inter amicissimos exstitisse[16]. 35. Magna enim dissidia[1] et plerumque justa nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non esset[2], postularetur; ut aut libidinis ministri aut adjutores essent ad injuriam; quod[3] qui[3] recusarent, quamvis honeste[4] id[4] facerent, jus tamen amicitiae deserere arguerentur[5] ab iis, quibus obsequi nollent; illos[6] autem, qui quidvis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos: eorum querela inveterata[7] non modo familiaritates exstingui solere, sed odia etiam gigni sempiterna. Haec ita[8] multa quasi[9] fata impendere amicitiis, ut omnia subterfugere non modo sapientiae, sed etiam felicitatis diceret[10] sibi videri[10].

XI. 36. Quamobrem id primum videamus[1], si[2] placet[2], quatenus amor in amicitia progredi debeat. Num[3], si Coriolanus habuit[4] amicos, ferre contra pa-

cf. 8. 27. (4)—(4) I. e. de u. conditione; quum duo adolescentes eamdem poscentes in matrimonium contenderent, sua uterque ut conditio, qua vellet uxorem eam ducere, acciperetur. Contulit Guielm. Eurip. *Med.* 87. Sic mox "*honoris:*" v. ad *de Off.* i. 25. 87.; adde inf. 27. 103. (5) Cf. 7. 23. (6) Cf. *C. M.* 4. 10. (7) Sc. *eam:* (8) Ad rem Hor. *de A. P.* 166., Sallust. *C.* 10., Cic. *de Off.* i. 25. 87. (9) Cf. *de Off.* i. 8. 26. (10) V. ad *C. M.* 12. 39.: cf. 25. 91. (11) Sic 1., 2., 3.: al. *m. e. n.* (12) *in a.* 2. 3., ut 25. 91., sed in alio ordine verborum. Vid. etiam Hand. III. 265. (13) V. ad 2. 9. (14) Del. 3. *pecuniae.* Absolute *p. Rosc. A.* 35. 101. *cupiditas.* Laudat editor Forcellini Germanicus Oudendorp. ad Sueton. *Vesp.* 1., Spalding. ad Quinctil. v. 12. 6. (15) Cf. *de Off.* i. 8. 26. e. (16)—(16) I. e. ex eoque . . . exstitisse: v. ad *de D.* i. 57.

35. (1) *disc.* 1., K., M., q. v. *de F.* 812., seqq. (2) Sc. *postulari:* cf. *de Off.* iii. 10. 43. (3) Cf. 9. 32. (4) V. ad 3. 10. (5) Infinitivum exspectes: v. ad *de Off.* iii. 11. 49., ad *C. M.* 18. 63. (6) Redit ad obliquam: v. ad *C. M.* 18. 64. (7) I. e. quum inveterasset. Male aliquot *-tas.* (8) Hand. III. 490. (9) V. ad *C. M.* 14. 47. (10) I. e. ipsi videretur, ut dicebat: v. ad *C. M.* 2. 4. n. 9.

XI. 36. (1) Cf. *C. M.* 5. 15. (2) Cf. *C. M.* 5. 15. (3) *Numne*

triam arma illi[5] cum Coriolano debuerunt[6]? num Viscellinum amici regnum appetentem[7], num Sp. Maelium debuerunt[6] juvare? 37. Ti. quidem[1] Gracchum rem publicam vexantem a Q. Tuberone aequalibusque[2] amicis derelictum videbamus. At C. Blossius, Cumanus, hospes familiae vestrae, Scaevola, quum[3] ad me, quod[4] aderam[5] Laenati et Rupilio consulibus in consilio[5], deprecatum venisset, hanc[6], ut[7] sibi ignoscerem, causam afferebat, quod tanti Ti.[8] Gracchum fecisset, ut, quidquid ille vellet, sibi faciendum[9] putaret. Tum[10] ego, "*Etiamne*[10]," inquam[11], "*si in*[12] *Capitolium faces ferre vellet?*" "*Numquam,*" inquit, "*voluisset id*[13] *quidem*[13], *sed*[14], *si voluisset*[14], *paruissem.*" Videtis, quam nefaria vox[15]. Et hercle[16] ita fecit[17], vel plus etiam, quam dixit[17]. Non enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati, sed praefuit, nec[18] se comitem illius furoris[19], sed ducem praebuit. Itaqu hac amentia[20], quaestione nova[21] perterritus in Asian profugit[22], ad hostes se contulit, poenas reipublica graves justasque persolvit. Nulla est igitur excusati

K. Nec probat nec non probat Hand. IV. 79. 7. (4) Cf. 15. 54., 19. 70., 22. 84., *C. M.* 13. 45. (5) Nota interpos. nom.: sic mox "*amici.*" (6) Al. *-re:* mox ad *Ciceronian.* § 137. (7) Cf. *C. M.* 16. 56.

37. (1) De interpos. conjunct. Beier. ad 12. 41. (2) *atque ab ae.* 1., 3. (3) Cf. 4. 16. (4) Sic M.; *quo* 1., 3.; vulg. *qui.* (5)—(5) V. ad *C. M.* 11. 38. (6) Nota attract.: cf. *Brut.* 91. 314., *in Verr.* v. 3. 7., 56. 146., *Philipp.* ii. 12. 28., 38. 99., *ad F.* iii. 10. 7., *de F.* i. 21. 71., iv. 8. 19., *de Rep.* iii. 9. 15., *de N. D.* i. 27. 77., *de D.* ii. 67. 140.; adde nos ad Sallust. *J.* 20. n. 10. (7) *sibi ut* 2.: cf. *de Off.* iii. 5. 22. (8) *sibi* 1., 2., 3.: *scilicet?* (9) *-undum* 3. (10)—(10) *Tumne, ego, etiam, inquam, si* —3.; optime, nisi malis *Tune.* (1 Del. 1., 2. (12) Sic 2., Haen., or *te; si in C. te* 1.: v. ad *C. M.* 1. (13) Del. 1., 3. (14)—14) Ha Laelio dat Gruterus iterum inte roganti atque instanti. Non plac (15) V. ad *C. M.* 9. 27. (16) *he cule* K., prob. Mosero *Parad.* 1 (17)—(17) Si cod. aliquis daret *fecit, ut dixit, vel plus etiam, qu dixit* (quasi abundante hoc *qu dixit:* v. ad *C. M.* 14. 47. n. 1 id ego crederem Ciceronis es (18) Cf. 7. 23. (19) *-ri* Pal. frustra. De gen. nos fortasse ali (20) Sc. quum esset: v. ad *de* i. 31. 113.; adde 15. 54., *B* 33. 126. (21) I. e. quae nova le post rem lata, fiebat: cf. p. *Mil* 13., *Philipp.* ii. 9. 22. (22) *p fugus* Ox. unus. Tu sic accipi *quum in A. profugisset,* ad h.

peccati, si[23] amici causa peccaveris[23]. Nam, quum conciliatrix amicitiae virtutis[24] opinio[24] fuerit, difficile[25] est amicitiam manere[25], si a virtute defeceris[26]. 38. Quod[1] si[1] rectum statuerimus vel concedere amicis, quidquid velint, vel impetrare ab iis[2], quidquid velimus, perfecta quidem[3] sapientia simus[4], si nihil habeat res vitii. Sed loquimur[5] de iis amicis, qui ante[6] oculos[6] sunt, quos[7] vidimus[8] aut de quibus memoriam[9] accepimus[9], quos[10] novit vita[11] communis[11]. Ex hoc numero[12] nobis exempla sumenda sunt, et eorum quidem maxime, qui ad sapientiam proxime accedunt. 39. Videmus[1] Papum Aemilium C.[2] Luscino familiarem[3] fuisse (sic[4] a patribus[5] accepimus[5]), bis una[6] consules et[7] collegas in[8] censura; tum et cum[9] iis[10] et inter se conjunctissimos fuisse M. Curium et[11] Ti.

contulit. (23)—(23) Quasi *peccavisse:* cf. 12. 40., 14. 48., 15. 54., 17. 64., *ad F.* v. 12. 7.; add. Bakius *de L.* 391. (24) Cf. 26. 98., *de Off.* ii. 11. 39. (25)—(25) Cf. 10. 33. (26) *discesseris* 3., frustra: v. Nizol.

38. (1) Cf. 7. 23. (2) *his* 1., 2., 3. (3) *s. q.* 1., 3. (4) *sumus* 1., 2., 3.; *si simus, nihil* —, Sch., M., de sententia Canteri. Ego malim: *perf. sap. sumus* (h. e. sequitur, oportet nos esse), *si quidem* —. De *si quidem* Orell. *p. Mil.* p. 94. ed. min., nos ad *de D.* i. 6. (5) Cf. *de Off.* iii. 10. 45. (6) Hand. 1. 364. 3. (7) V. ad *de Off.* i. 7. 20. (8) *-emus* 1., 3. (9) I. e., opinor vel audivimus vel legimus. (10) sic 1., 2., 3., om. *aut.* (11) Cf. 5. 18. (12) Cf. 2. 7. (13) Del. 2., ut 2. 7.

39. (1) Solet praesenti *videndi* verbo de iis uti, quae in historiis patebant (*Brut.* 14. 54., *de L.* iii. 8. 19.); in rebus a patribus acceptis non item. (2) Del. 1., 2., 3. Ergo fortasse excidit *Fabricio* ante *familiarem*, ut eamdem rationem nominum in utroque secutus fuerit: v. ad *C. M.* 14. 48. (3) Superlativo utitur infra "*conjunctissimos.*" (4) Nota parenthesin, quasi *enim* particula omissa: cf. *de Or.* iii. 27. 105., *in Verr.* ii. 52. 128., iii. 21. 54., *p. Planc.* 34. 84., *Philipp.* i. 13. 31., ii. 33. 83., *ad A.* i. 13. 3., *Acad.* ii. 7. 22., *de F.* iv. 6. 15., *de N. D.* i. 40. 113. e. Contra 1. 5. (5) Cf. 1. 4. Viderat quidem (vide not. 1.), id quod in Annalibus et Fastis patebat, bis una istos consules et collegas in censura fuisse; a patribus autem accepit, familiares inter se fuisse. Ergo fortasse scriptum fuit: *Videmus Papum Aemilium, Luscinum Fabricium* (v. not. 2.) *familiarissime* (v. not. 3.) (*sic a patribus accepimus*) *bis una consules fuisse.* (6) Del. 3.; quasi *bis consules* (collegas) *et collegas in censura:* v. ad *C. M.* 1. 1. (7) Abest ab edd. recc. fere. (8) I. e. quum censuram gererent. (9) Del. 2. (10) *his* 1., 2., 3. (11) Del. aliquot. (12) *trad.* 1., 3.: v. Moser. *Parad.* 139.; nam falso G. Sed

Coruncanium, memoriae proditum[12] est. Igitur ne suspicari quidem possumus, quemquam horum ab amico quidpiam contendisse[13], quod contra fidem, contra jusjurandum, contra rem publicam esset. Nam hoc quidem in[14] talibus viris quid attinet dicere, si[15] contendisset[16], impetraturum non fuisse; quum illi sanctissimi[17] viri fuerint, aeque autem nefas sit tale aliquid et facere[18] rogatum[19] et rogare? At vero Ti. Gracchum sequebantur[20] C. Carbo, C. Cato, et minime[21] tunc quidem C. frater[22], nunc idem acerrimus[23].

XII. 40. Haec igitur lex in[1] amicitia[1] sanciatur[2], ut neque[3] rogemus res turpes nec[3] faciamus rogati. Turpis enim excusatio est[4] et minime accipienda[5], quum[6] in ceteris[7] peccatis, tum si[8] quis contra rem publicam se amici causa fecisse fateatur. Etenim eo loco, Fanni[9] et Scaevola[9], locati sumus, ut nos longe prospicere[10] oporteat futuros casus rei publicae. Deflexit[11] jam aliquantulum[12] de spatio curriculoque con-

quodammodo abundant haec: v. ad *C. M.* 18. 63. ([13]) V. Nizol.; adde *ad F.* p. 293., 294., 297., 298. bis, 299., 300., 306., 322., 353., 354. ed. Or. ([14]) V. ad 2. 9. ([15]) *si enim* 1., 2. ([16]) Sc. *aliquis*, ut saepe *quisquam* ex *nemo* adsumitur. ([17]) Cortius ad Sallust. *J.* 85. 40. ([18]) Sc. *aliquem*: v. ad *de Off.* i. 38. 137. ([19]) *-tu* 2. sc. alterius: at cf. 12. 40. ([20]) *-atur* 2.: cf. *de Off.* ii. 5. 16. ([21]) Sc. *acer*: cf. *Brut.* 65. 232., "quae quum omnibus (notae sunt), tum certe mihi *notissimae* sunt:" *Philipp.* v. 18. 49., "qui quum omnibus est (carus), tum optimo cuique *carissimus*;" *ad F.* ix. 14. 7., *ad A.* xiv. 17. A. 7.; Sallust. *J.* 52., "Nam Metello virtus militum erat (opportuna), locus advorsus; Jugurthae alia omnia praeter milites *opportuna*:" adde apud M. Liv. xxxvii. 41., "Quae nihil admodum Romanis (incommoda), eadem *perincommoda* regiis erant." Nam de loco, quem Ciceronis addidit V. C., *de Rep.* i. 47. 71., dissentio scribendumque censeo: "quem si habemus (*habemus* etsi ne nunc quidem), —." ([22]) Sc. *sequebatur*. ([23]) Adj. pro. adv.; sc. *sequitur*: cf. 12. 41.

XII. 40. ([1]) I. e. fere *amicitiae*; v. ad *C. M.* 9. 28.: cf. 13. 44. ([2]) Cf. 13. 44. ([3])—([3]) Hand. IV. 127.; adde *in Verr.* i. 2. 6., ii. 37. 91., *in Pis.* 22. 51., *p. Mil.* 6. 15., *p. Rab. Post.* 11. 31., *Philipp.* i. 4. 10., ii. 2. 3., xii. 10. 22., *ad F.* p. 27., 31. ter, 44. bis, 46., 66., 89., 95., 96., 165., 299., 331. ed. Or., *ad A.* p. 172., 219., 247., 282., 286., 299., 304., 328., *de Rep.* vi. 23. 25., *de N. D.* ii. 9. 23., 46. 118. ([4]) Del. 2. ([5]) V. ad *C. M.* 3. 7. ([6]) *tum* 1., 2., 8.: v. ad *C. M.* 2. 4. ([7]) V. ad *C. M.* 1. 3. ([8]) Cf. 11. 37. ([9]) V. ad *C. M.* 2. 4. ([10]) *resp.* 2. ([11])

suetudo[13] majorum[14]. 41. Ti. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses. Num quid[1] simile[1] populus Romanus audierat[2] aut[3] viderat? Hunc etiam post mortem secuti amici et propinqui[4] quid[4] in[5] P. Scipione[6] effecerint[7], sine[8] lacrymis non[9] queo[9] dicere. Nam Carbonem, quoquo[10] modo[10] potuimus[10], propter[11] recentem poenam Ti. Gracchi, sustinuimus[11]. De C. autem[12] Gracchi tribunatu, quid exspectem, non libet augurari[13]. Serpit[14] deinde res, quae proclivius ad perniciem, quum semel coepit[15], labitur. Videtis, in[16] tabella[16] jam[17] ante[17] quanta sit facta labes, primo Gabinia[18] lege, biennio autem post Cassia[19]. Videre jam[20] videor[21] populum[22] a senatu disjunctum[22], multitudinis[23] arbitrio res maximas agi. Plures[24] enim discent, quemadmodum haec fiant, quam quemadmodum his resistatur.' 42. Quorsum[1] haec?

Def. enim 1., 2.; *Def. se* 3. Cf. *de Off.* ii. 3. 9. (12) Del. 1. (13) Sc. nostra: cf. *de Off.* ii. 3. 9. (14) Junge cum Facciolato *de spatio c.que majorum.*

41. (1) I. e. fere *quem similem:* cf. *Brut.* 39. 146., *ad A.* xi. 25. 3.; plura mox ad *Ciceronian.* § 90. (2) V. ad *C. M.* 6. 20. (3) Hand. I. 537. 3. (4) *propinqui. Quid* — 1. 3. (*Q. autem* 3.); *propinqui, qui quid* 2. (5) V. ad 2. 9. (6) Sic 1., 3.; ambigue 2. -*o̅e*; al. -*nem.* (7) *fecerint* 1., 3.: sed bene contulit B. *Philipp.* xiv. 3. 9. (8) Puta effusis: cf. *p. Rosc. A.* 50. 146., "*s.* sanguine;" add. Wopkens. *M. Obss. N.* X. 208., 248. (9) *neq.* 2., 3.: vv. Cort. *ad F.* 820., Hand. IV. 261. 7. (10) Adde Nizolianis in *Quoquomodo.* (11)—(11) I. e. pertulimus, ne poenam ex poena continuaremus. Et sic fere jam Facciol.: "ad vitandam majorem invidiam et indignationem plebis." Aliter B., "coercuimus, repressimus metu, ne ipse eumdem reperiret exitum." (12) Sic etiam mei interponunt: vid. B.; adde sup. 11. 37., *quidem;* inf. 19. 69., *vero.* (13) V. ad *C. M.* 6. 19. Cf. *Orat.* 13. 41. (14) V. Nizol. (15) Sc. labi. (16) I. e. quum leges factae essent de suffragiis per tabellam ferendis. Cf. *de L.* iii. 15. 34. (17) Del. 3.; *j. q. f. s. a.* 1. (18) Cf. *de L.* iii. 16. 35. (19) *lege C.* 1., 2.: v. ad *C. M.* 10. 32. (20) *Videor v. j.* 1.; *Videre autem v. j.* 3. (21) V. ad *C. M.* 19. 71. (22)—(22) Cf. *de Rep.* i. 19. 31. (23) Sic 1., 2.; *et m.* 3.: al. *m.que.* (24) Ad rem adhibet H. *p. Sext.* 47. 100., "Majoribus praesidiis et copiis oppugnatur resp., quam defenditur, propterea quod audaces homines et perditi nutu impelluntur, . . . boni, nescio quomodo, tardiores sunt;" *de Off.* ii. 8. 29. Frustra autem Ern. Horatianum contulit "peccare docentibus historiis."

42. (1) V. ad *C. M.* 5. 13. (2) *c. t.* 1., 2. (3) *huj.* 3. (4) Hand.

Quia sine sociis nemo quidquam tale[2] conatur. Praecipiendum est igitur bonis, ut, si in ejusmodi[3] amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne[4] existiment, ita se alligatos, ut ab amicis magna aliqua[5] in[5] rem publicam[5] peccantibus[6] non discedant. Improbis autem poena statuenda est; nec vero minor iis, qui secuti erunt[7] alterum, quam iis, qui ipsi[8] fuerint impietatis[9] duces[9]. Quis clarior in Graecia Themistocle; quis potentior? qui quum imperator bello Persico servitute[10] Graeciam liberasset, propterque[11] invidiam in exsilium expulsus[12] esset, ingratae patriae[13] injuriam non tulit, quam ferre debuit[14]; fecit idem, quod viginti[15] annis ante apud nos fecerat[16] Coriolanus. His adjutor contra patriam inventus[17] est nemo[18]; itaque mortem sibi uterque conscivit[19]. 43. Quare talis improborum consensio non[1] modo[1] excusatione amicitiae tegenda[2] non[1] est, sed potius[1] omni[3] supplicio vindicanda[2], ut[4] ne[4] quis concessum[5] putet, amicum vel[6] bellum patriae inferentem sequi: quod quidem, ut[7] res coepit[8] ire[9], haud[10] scio[10], an[10] aliquando futurum[11] sit. Mihi autem non minori curae est,

IV. 30. 3., Madvig. *de F.* 254., nos ad *de Fa.* 13.: cf. 43., 16. 60., 18. 66., 21. 78. (5)—(5) Ita scribendum putavi: nam codd. fere *in magnam aliquam remp.* vel *rem;* editiones autem omitto. Cf. *de N. D.* i. 12. 29., "*multa alia peccans,*" et § 31., "*eadem.*" (6) Cf. *ad A.* iii. 15. 4. "Si quid *in te peccavi, . . . In me ipsum peccavi;*" et vii. 1. 3., "*peccare in rem publicam*" (etsi Or. *in re p.*). (7) Del. 1.; *secuntur* 2. (8) Del. 2. (9) I. e. in impietate: cf. Sallust. *J.* 93. 6., Liv. xxi. 29. (10) *-tem* 2. (11) *p. quod invidia* 1.; *p. quorūdam* 2; *p. quam* 3.: *propterque eam inv.?* i. e. ex ea re ortam, ejus rei; v. ad *C. M.* 6. 19. (12) *missus* 1.; pauci *pulsus;* frustra autem Or. de conj. Langii *in exs. isset:* cf. Nep. *Phoc.* 2. De junctis autem praepositionibus utriusque termini ad *C. M.* 17. 59.; adde *de D.* i. 23. 47. (13) Gen. activus: cf. *ad F.* 30. bis, 33., 35., 45. bis. (14) Cf. 2. 8. (15) Sic per literas 3. (16) Del. 1. B, (17) Cf. *in Verr.* p. 80., 97., 194., 195., 443., 693. B., 745. ed. Z. (18) V. ad *C. M.* 4. 12. e. (19) V. Nizol.

43. (1)—(1)—(1) Hand. IV. 289. 17. (2) V. ad *C. M.* 3. 7. (3) I. e. sed potius suppl. vind., et quidem omni: v. ad *C. M.* 4. 12. Ceterum *omni*, h. e. omnis generis, quolibet: v. Davisius ad *Tusc.* i. 48. 115.; adde *Parad.* iii. 2. 26. (4) V. ad § 42. (5) Sic 1., 2., 3.: al. *sibi conc.* (6) Del. 1., 2., 3. (7) I. e. habita ratione modi, quo —; quum videam quomodo —. (8) *i. c.* 1., 3. (9) Cf. *ad A.* xiv. 15. 3., 20. 4.; v. Frotscher. ad

qualis res publica post[12] mortem[12] meam futura sit, quam qualis hodie sit.

XIII. 44. Haec igitur prima[1] lex amicitiae sanciatur[2], ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus; ne[3] exspectemus quidem, dum rogemur; studium[4] semper adsit[4], cunctatio absit. Consilium vero[5] dare gaudeamus[6] libere; plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas[7], eaque et[8] adhibeatur ad monendum non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, et adhibitae pareatur. 45. Nam quibusdam, quos audio[1] sapientes habitos[2] in Graecia, placuisse[3] opinor[3] mirabilia[4] quaedam (sed nihil est, quod illi[5] non persequantur[6] suis argutiis[7]); partim fugiendas[8] esse nimias[9] amicitias[9], ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus; satis superque esse[10] suarum cuique rerum; alienis[11] nimis[12] implicari molestum esse; commodissimum esse, quam laxissimas habenas[13] habere amicitiae, quas vel adducas, quum velis, vel remittas; caput[14] enim esse ad beate vivendum securitatem, qua[15] frui non possit[15] animus, si tamquam parturiat[16] unus[17] pro pluribus.

Muret. I. 339. (10) Hand. I. 317. (11) V. ad *C. M.* 6. 19. (12) Ibid. 5. 14.

XIII. 44. (1) Del. 2. (2) Del. G.; *sit* Pal. 2. Significantius v. pro subst.; v. ad *C. M.* 23. 83. e.: cf. 12. 40. (3) *nec* 1., 2., 3. (4)—(4) Nota omissam primam personam: v. ad *C. M.* 4. 12. (5) *-rum* 1., 2., 3.: cf. *de Off.* i. 16. 52. (6) *aud.* unus apud G.; *g. l. d.* 1., 2. Fortasse: *Cons. v. dare libere audeamus, gaudeamus libere dari.* Cf. 25. 91., "et monere et moneri." (7) Iterum variat personam. Ad rem autem adhibe *de Off.* i. 26. 91. (8) Del. 1., 2., 3.: v. ad *C. M.* 3. 7.

45. (1) Cf. *C. M.* 21. 78. Sic etiam § 46. "*aiunt.*" (2) Cf. 1. 5. (3) Quasi — placuerunt, ut opinor, mirabilia quaedam; v. ad *C. M.* 1. 3.: de *opinor* autem inf. ad 23. 88. (4) Paradoxa dicit. (5) Sc. Graeci: vv. Ellendt. *de Or.* II. 55. et 112., Zumpt. *Verr.* 399., nos ad Sallust. 199. b. (6) V. ad *C. M.* 6. 16. (7) *-tius* 1., 3. (8) Del. 2. (9) Cf. Eurip. *Hippol.* 253., seqq. (10) *esse sibi* 1., 2., 3. (11) *a. rebus* 1., 2.: v. ad *C. M.* 10. 32. (12) Ibid. ad § 31. (13) Cf. *de Or.* i. 52. 226. (14) V. ad *de Off.* ii. 21. 75.; adde *de Or.* ii. 82. 337., *p. Mil.* 16. 43., *Tusc.* iii. 31. 76. (15)—(15) I. e. *ea*que frui non posse animum: vv. Wopkens. *LL. TT.* 208. [285. *H.*], seq., Madvig. *de F.* 43. et 65. (16) I. e. sollicitudines et molestias suscipiat. (17) Sc. animus. Eurip.: *ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν ψυχάν.*

46. Alios autem dicere aiunt[1] multo etiam[2] inhumanius (quem locum[3] breviter perstrinxi[4] paulo ante[5]) praesidii adjumentique causa, non benevolentiae neque caritatis, amicitias esse expetendas; itaque, ut quisque[6] minimum firmitatis haberet[7] minimumque virium, ita amicitias appetere maxime; ex eo fieri, ut mulierculae[8] magis amicitiarum[9] praesidia[9] quaerant, quam viri, et inopes, quam opulenti, et calamitosi, quam ii[10], qui putantur[10] beati. 47. O praeclaram[1] sapientiam! solem[2] enim e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt; qua nihil[3] a diis immortalibus melius habemus[3], nihil jucundius. Quae est enim ista securitas? Specie[4] quidem blanda, sed reapse[5] multis locis[6] repudianda[7]. Neque enim est consentaneum, ullam honestam rem actionemve, ne sollicitus sis, aut non suscipere aut susceptam deponere. Quod[8] si[8] curam fugimus, virtus fugienda est; quae, necesse[9] est[9], cum[10] aliqua cura[11] res sibi contrarias aspernetur atque oderit; ut[12] bonitas[12] malitiam, temperantia libidinem, ignaviam[13] fortitudo. Itaque videas[14] rebus injustis justos maxime dolere, imbellibus[15] fortes, flagitiosis modestos. Ergo[16] hoc proprium est animi[17] bene constituti, et laetari bonis rebus[18] et dolere con-

46. (1) Sc. *homines:* cf. *C. M.* 18. 63. (2) Hand. II. 565. 9. (3) V. ad *C. M.* 9. 27. (4) V. Nizol. (5) C. 8. et 9. (6) V. ad 9. 29. (7) Sic 1., 2., 3.; al. *-eat:* v. Dietrich. *Qu. Gr.* 8., seqq. (8) Q. d.: *mulieres, qui infirmior sexus est.* Cf. *de Off.* ii. 16. 57., plura apud Nizol.; adde de usu deminutivorum ad *de D.* p. 9. b. (9) I. e. amicitias tamquam praesidia: v. ad *C. M.* 15. 51. e. (10)—(10) Del. G.: ego quasi parenthetice accipio. Cf. *de N. D.* ii. 37. 95.

47. (1) Cf. *Tusc.* iv. 32. 69., *de N. D.* iii. 29. 73. (2) Cf. *ad A.* ix. 10. 3. (3)—(3) I. e. qua nihil, quod quidem a diis imm. habeamus, melius est: v. ad *C. M.* 12. 40. (4) *-em* 2. (5) *re ipsa* 1., 2.; *re ab se* 3.: v. ad *de D.* i. 37.; add. Osann. *de Rep.* 9. (6) I. e. argumentis: v. Nizol. (7) Notat H. homoeoteleuton; add. Otto apud Osann. *de Rep.* 471. (8) Cf. 7. 23. (9) De intercisa orat. ad *C. M.* 2. 5.: cf. Sallust. *J.* 85. 27. (10) Hand. II. 146. 5. (11) I. e. cum aliqua cura sit, dum aspernatur: v. ad *C. M.* 1. 3. Cf. *de F.* v. 11. 31. (12) Sc. *aspernatur* cum cura aliqua: v. ad 6. 21. (13) De chiasmo ad *C. M.* 13. 44. (14) I. e. licet videre. (15) *-cillibus* 1., 2., 3.: v. ad *C. M.* 11. 35. (16) Hand. II. 450. 1. (17) Cf. 9. 29. (18) *b. r. l.* 1.; *in b.* 3.: v. ad 2. 8.

trariis. 48. Quamobrem, si cadit[1] in[1] sapientem animi[2] dolor (qui profecto[3] cadit, nisi[4] ex ejus animo exstirpatam humanitatem arbitramur[5]), quae causa est, cur amicitiam funditus tollamus e vita, ne aliquas propter eam suscipiamus[6] molestias? Quid enim interest, motu animi sublato, non[7] dico[7] inter pecudem[8] et hominem[8], sed inter hominem et truncum[9] aut saxum[9] aut quidvis generis ejusdem[10]? Neque enim sunt isti[11] audiendi[12], qui virtutem duram et quasi ferream[13] esse quamdam[14] volunt[15]; quae quidem est quum[16] multis[17] in[18] rebus, tum in[18] amicitia tenera atque tractabilis; ut et bonis[19] amici[20] quasi diffundantur[21] et incommodis contrahantur[21]. Quamobrem angor iste, qui pro[22] amico saepe capiendus[23] est, non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam; non[24] plus[24], quam[25], virtutes quia[25] nonnullas curas et molestias afferunt, repudientur[26].

48. (1) V. ad *de Off.* iii. 3. 14.; adde *Tusc.* iii. 4. 7., inf. 26. 100. (2) Non abundat *animi*, si quidem etiam in corpore dicitur *dolor*, ut *aurium, dentium, pedum.* (3) Cf. 1. 2. (4) Cf. 3. 11. (5) Al. *-emur*, Ind. recte tuetur G.: accedunt 1., 2. (6) V. Nizol. (7) Hand. IV. 281. 12.; adde *Philipp.* ii. 4. 9., 8. 19., 27. 66., *de F.* ii. 28. 92., 29. 94., 34. 115., *Tusc.* i. 12. 26. (8)—(8) Sic 1., 2., 3.: al. *h. et p.* (9)—(9) Sic 1., 2., 3.: al. *s. aut t.* (10) *ejusd. g.* 1., 2. (11) Np. Stoici. (12) Cf. 15. 52., *de Off.* i. 25. 88., 35. 128.; add. Matth. *p. Sext.* 64. 133. (13) Cf. 23. 87.; plura Nizol. (14) Sic 1., 3.; *q. e.* 2. Male autem edd. quaedam omittunt *quamd.*; v. ad 9. 29.; add. Goerenz. *Acad.* I. 41., Zumpt. § 707. (15) Cf. 9. 30. (16) *tum* 1., 3.: v. ad 4. 16. (17) Sc. aliis: v. ad *C. M.* 16. 55. (18) Hand. III. 269. 34. De interpositione autem ad *C. M.* 17. 59. (19) *b. rebus* 1., 2.: *in b.* aliquot; alii *ex b.* De abl. ad 2. 8. (20) Np. sui quisque. Male G., qui 4. 13. recte sing. numerum cum plur. junctum tuetur, pro nom. plur. accipit *amici.* (21) Np. amici: *-atur* B., frustra. (22) Hand. IV. 580. 5.: cf. 22. 82. (23) Dictum ut *dolorem*, cetera, capere. (24) V. ad *C. M.* 9. 27. (25)—(25) Vulg. *non plus, quam ut virtutes, quia* —; quod frustra G. explicare conatur. Nam sic non potest non absurde *angor* idem iste huc usque pertinere. Librarii autem, ut saepe, priorem structuram temere propagarunt. Ego delevi *ut*, et, mutata distinctione, postposui *quia*: cf. *de N. D.* ii. 4. 12.; v. Wopkens. *LL. TT.* p. 143. et 217. [201. et 296. *H.*]; adde *ad A.* xiii. 28. 2. (26) I. e. possunt s. debent repudiari; sc. ipsae. Cf. similem quamdam conformationem loci *C. M.* 16. 55., "*Curio* . . . quum attulissent, *repudiati sunt.*"

XIV. (1) Sc. ipsa elucens virtu-

XIV. Quum autem contrahat[1] amicitiam, ut supra[2] dixi, si qua significatio[3] virtutis[3] eluceat, ad quam se similis animus applicet[4] et adjungat; id quum[5] contingit, amor exoriatur necesse est. 49. Quid enim tam absurdum, quam delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut[1] gloria, ut[1] aedificio, ut[1] vestitu cultuque[2] corporis[2]; animo autem virtute praedito, eo, qui vel amare vel, ut[3] ita dicam[3], redamare[4] possit, non[5] admodum delectari[5]? Nihil est enim remuneratione benevolentiae, nihil vicissitudine studiorum officiorumque jucundius. 50. Quod[1] si[1] etiam illud addimus, quod recte addi potest, nihil esse, quod ad se rem ullam tam alliciat et tam trahat[2], quam ad amicitiam similitudo; concedetur profecto[3], verum esse, ut[4] bonos boni diligant adsciscantque sibi, quasi[5] propinquitate conjunctos atque natura. Nihil est enim appetentius similium sui nec[6] rapacius, quam natura. Quamobrem hoc quidem, Fanni[7] et Scaevola[7], constat, ut opinor, bonis inter bonos quasi necessariam benevolentiam esse[8]; qui[9] est amicitiae fons a natura constitutus. Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Non est[10] enim inhumana virtus neque immunis[11] neque superba; quae etiam populos universos tueri eisque optime consulere soleat;

tis significatio. De *si* — quasi pro infinitivo ad 11. 37.: cf. 17. 64. (2) C. 8. § 27. et 28., 9. 32., 11. 37. Etsi non est ipso *contrahendi* verbo usus: v. ad *C. M.* 15. 53. (3) *v. s.* 2., 3. (4) V. ad 8. 27. (5) V. ad 4. 16.

49. (1)—(1)—(1) Frotscher. ad Muret. I. 353. (2) Cf. Sallust. *C.* 48. 2. (3)—(3) Cf. 9. 29. (4) Intelliges, ultro fingere compositum. (5)—(5) De forma interrogationis Madvig. *Emendd.* 30. Sed praeter morem suum addit *adm.*: v. ad *de Off.* i. 16. 50., *C. M.* 23. 83.

50. (1) Cf. 7. 23. Sed *Quid?* *si* — K., M. (2) Sic 1., 8.; cf. *de D.* i. 39. 86.: al. *attr.*, frustra; v. ad 9. 30. (3) Hand. IV. 597. 7.; adde *Tusc.* ii. 19. 45. et mox iterum. (4) Cf. 4. 14. (5) Cf. *C. M.* 7. 22. (6) Zumpt. *Verr.* 478. et 640., Madvig. *Emendd.* 85., *Epist. Cr.* 66., *Opuscc.* I. 344. n., *de F.* 65., Bakius *de L.* 382. et 591. (7)—(7) Cf. 12. 40. (8) Del. edd. recc. (9) Cf. *in Pis.* 24. 57., "gloriam, *qui* est fructus —," apud Krueger. p. 96, 7. (10) Del. 2.; *N. enim inh. v. est.* 1., 3. (11) I. e. sine munere. Frustra 1. *immanis.* (12)—(12) Cf. 4. 13.

51. (1) Cf. *de U.* 4. e. (2)—(2)

quod[12] non faceret[12] profecto[12], si[12] a caritate vulgi abhorreret. 51. Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum[1] amicitiae tollere. Non enim tam utilitas parta per amicum, quam amici amor ipse delectat: tumque illud fit, quod ab[2] amico est profectum[2], jucundum, si[3] cum[4] studio est profectum; tantumque[5] abest[5], ut[5] amicitiae propter indigentiam colantur, ut[5] ii, qui opibus[6] et copiis[6] maximeque virtute[7] (in qua plurimum est praesidii), minime alterius[8] indigeant, liberalissimi sint et beneficentissimi. Atque haud sciam[9], an ne[10] opus sit quidem[10], nihil umquam omnino deesse amicis. Ubi enim studia nostra viguissent, si[11] numquam consilio, numquam opera nostra nec domi nec militiae Scipio eguisset[11]? Non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam consecuta[12] est.

XV. 52. Non ergo erunt homines deliciis diffluentes[1] audiendi[2], si quando de amicitia, quam nec usu[3] nec ratione[4] habent cognitam, disputabunt. Nam quis est, pro deum[5] fidem atque hominum! qui velit, ut[6] neque diligat quemquam nec[7] ipse ab ullo diligatur,

Cf. *ad F.* ii. 19. 2. (3) Sic, post *tum*, *ad F.* vi. 11. 2., ix. 21. 1., *ad A.* iii. 20. 1. (4) Hand. II. 155. 11.; adde inf. 20. 75., 21. 81. (5)—(5) Zumpt. § 779., Gernh. *Opuscc.* 259. (6)—(6) Cf. *C. M.* 3. 8. (7) Sic 1., 2., 3., K., omisso *praediti*. De abl. ad 2. 8. (8) De sing. ad 4. 13. (9) Sic 3., K.: v. Hand. I. 320. et 317.: vulg. *scio.* (10)—(10) V. ad *C. M.* 11. 34. e. (11)—(11) At cf. 9. 30. (12) Cf. 9. 30.

XV. 52. (1) Cf. *de Or.* iii. 32. 131., *de Off.* i. 30. 106. (2) Cf. 13. 48. (3) V. Nizol.; add. Cort. ad Sallust. 398. b. (4) I. e. rationibus ejus acceptis. (5) *deorum* 1., 3., K., frustra; vide *Orat.* 46. 155.: cf. *in Verr.* iii. 60. 137. apud G. (6) I. e. ea conditione, ut —: v. ad *de Off.* iii. 10. 45.; adde *de F.* v. 11. 32. (7) V. ad 12. 40. (8) *Quis est qui velit circumf.* 1.; *qui velit*, 2. Moser. *Parad.* 37. (9) I. e. quum sit ei o. r. abundantia: cf. *de Off.* iii. 5. 25.: v. ad *C. M.* 3. 8. (10) *v. pauperrime* 1., 3., *p. v.* 2. Fortasse *opipare vivere.* (11) V. ad *de Off.* iii. 21. 84.; adde Sallust. *J.* 72. (12) Sic 1., 2., 3.; al. *i. q. n.:* v. Hand. IV. 205. 5. (13) Peerlkamp. *B. C. N.* IV. 290.; adde *in Verr.* v. 47. 124. (14) Cf. *C. M.* 12. 41.

53. (1) Sic 1., 2., 3.,; vulg. *eum dil.* Mallet quis *dil. aut eum:* at v. ad *C. M.* 3. 7. (2) Sic 1., 3.; *-it* 2. (3) Sic 1., 2., 3.: al. *-at.* (4) Cf. 8. 26. (5) Hand. II. 336. (6) V. ad 8. 27. (7) V. ad 7. 23. (8) *-runt* 2., M.: v. ad *C. M.* 19. 71.

circumfluere[8] omnibus copiis atque in[9] omnium rerum abundantia vivere[10]? Haec enim est tyrannorum[11] vita[11]; nimirum[12] in qua nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia; omnia[13] semper[13] suspecta atque sollicita; nullus locus[14] amicitiae. 53. Quis enim aut diligat eum[1], quem metuat[2], aut eum, a quo se metui putet[3]? Coluntur[4] tamen simulatione dumtaxat[5] ad[6] tempus. Quod[7] si[7] forte, ut fit plerumque, ceciderint[8], tum intelligitur, quam[9] fuerint inopes amicorum. Quod[10] Tarquinium dixisse ferunt[11], tum exsulem[12] se intellexisse, quos fidos amicos habuisset[13], quos infidos, quum jam neutris gratiam[14] referre[14] posset. 54. Quamquam[1] miror, illa superbia[2] et importunitate[2] si[3] quemquam[4] amicum[5] habere[6] potuit[3]. Atque, ut hujus, quem dixi, mores[7] veros[8] amicos parare[9] non potuerunt[10]; sic multorum opes praepotentium[11] excludunt amicitias fideles. Non enim solum ipsa fortuna caeca est, sed eos[12] etiam plerumque efficit caecos, quos[12] complexa est. Itaque illi[13] efferuntur[14] fere fastidio et contumacia; nec[15] quidquam[16] insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atque hoc[17] quidem videre[18] licet[18], eos,

n. 19. (9) V. ad *C. M.* 5. 15. (10) V. ad *de Off.* ii. 9. 29., iii. 3. 15.; add. Wopkens. *LL. TT.* 285. [380. *H.*], Faesius in Seebod. *M. Cr.* II. 707., Ellendt. *de Or.* II. 7. et 179. (11) Cf. 7. 24. (12) Sic 1., 2., 3.: vulg. *exsulantem.* Frustra autem M. transposuit: — *ferunt exsul., tum se* —. (13) Cf. 11. 36. (14) Etiam in malam partem dicitur, ut *p. Sulla* 16. 47. e.

54. (1) V. ad *C. M.* 1. 1. (2)—(2) Sc. quum esset: v. ad 11. 37. Frustra codd. sic: 1. *in illa;* 2. *pro illa;* 3. *illa s. et importunitas.* Ceterum cf. *de Rep.* i. 40. 62. (3)—(3) I. e. fere *quemquam . . . potuisse:* v. ad *C. M.* 11. 35.: cf. *in Verr.* ii. 11. 29., v. 38. 100. (4) Dicit quasi tantum non paratus ad negandum. (5) Sic addunt 1., 2., 3.: v. ad *C. M.* 10. 32. (6) Cf. 11. 36. (7) Nota in malam partem: cf. Sallust. *J.* 4. 7. et 9., 42. 5., Juv. i. 147. (8) Del. 3. (9) *-ere* nonnulli: cf. Terent. *Andr.* i. 1 .41., Sallust. *J.* 10. 4., Plin. *Panegg.* 85. (lect. codicis Ambros.) (10) Sic. 2., 3.; *-rant* 1: al. *-re,* male; v. ad 11. 36. (11) *potent.* 1., 2. (12)—(12) V. ad *C. M.* 7. 21. (13) Sic 1., 2., 3.: vulg. *eff. illi.* Frustra autem aliquot omittunt pron.: v. ad *C. M.* 7. 22. (14) Cf. *C. M.* 23. 83. (15) Sic 1., 2., 3.: al. *neque.* (16) Zumpt. § 675.; plura nos mox ad *Ciceronian.* § 90. (17) Cf. 5. 18.

qui antea[19] commodis fuerint[20] moribus, imperio[21], potestate, prosperis rebus immutari; sperni[22] ab his[23] veteres amicitias, indulgere[24] novis. *55.* Quid autem stultius[1], quam, quum plurimum copiis, facultatibus, opibus possit[2], cetera[3] parare, quae[4] parantur pecunia, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa; amicos non[5] parare[5], optimam et pulcherrimam vitae[6], ut[7] ita dicam[7], supellectilem[8]? Etenim, cetera[3] quum[9] parant, cui[10] parentur[11], nesciunt, nec cujus causa laborent. Ejus enim est istorum quidque[12], qui vincit[13] viribus; amicitiarum[14] sua[15] cuique[15] permanet stabilis et certa possessio[15]: ut[16], etiam si illa maneant, quae sunt quasi[17] dona fortunae, tamen vita inculta et deserta ab[18] amicis, non possit esse jucunda. Sed haec hactenus[19].

XVI. 56. Constituendi[1] autem[2] sunt, qui[1] sint in amicitia fines et quasi termini diligendi. De quibus[3] tres[4] video[5] sententias ferri[6], quarum nullam probo; unam, ut[7] eodem modo erga amicum[8] affecti simus, quo

(18) Cf. *de Off.* i. 14. 44. (19) Sic 1., 2., 3.; vulg. *antea:* vv. Zumpt. *Verr.* 101. et 698., Gies. *de D.* 258., Hand. I. 374. 11. (20) Sic 2., K.: al. *-runt.* (21) *-iis* aliquot: v. ad 13. 48. (22) Sic 3.; *et s.* 1., 2.: al. *s.que.* (23) Sic 1., 3.; *iis* 2. (24) Sc. *eos.* Sic 1., 3.; *-ri* 2.: vv. Soldan. *p. Lig.* 80., Madvig. *de F.* 178., Ochsner. 220., Scheller. *Obss.* 135., Oudendorp. ad Caes. 558., nos ad Sallust. 80. et 244.

55. (1) Cf. *C. M.* 19. 68. (2) Sc. *aliquis*, vel *is*, ut *aliquem* cum infinitivo mox subaudiendum sit: v. ad *de Off.* i. 38. 137. Sic 1., 2. (3. longe abit): vulg. *-int.* Neque enim quae sequuntur omnia imperiis et potestatibus conveniunt. Neque obstat num. plur. infra. Sensit aliquid jam Ochsnerus. (3) Cf. 6. 22. (4) Np. ea, quae —. Appositio. Nam cave arctius *cetera quae* jungas, quasi (contra quam Micipsa Sallustianus monet) etiam amici possint pecunia parari. (5) V. ad 5. 19. (6) Del. 2. (7)—(7) Cf. 9. 29. (8) Xenoph. *M. S.* ii. 4. 1. (9) V. ad 4. 16. (10) Np. a quoque: ne mallet quis *quibus;* v. ad 4. 13. (11) Sic 1., 2., tres Orellii; *parent* 3. (12) *quodque* 1., Ern.; male; *quicquid* 2., 3. (13) *vicit* aliquot. (14) Sc. *autem:* cf. 6. 22. (15)—(15) Amicitiarum permanent . . . possessiones, sc. sua cuique: v. ad *de Off.* i. 41. 147., iii. 5. 21. (16) Cf. 3. 12. (17) Del. 2., 3. Junge quasi per hyphen: v. ad *C. M.* 14. 47.; adde *de N. D.* i. 18. 49., 26. 74. (18) Del. 2., 3.: vv. Nizol. in *Desertus*, Hand. I. 39. 3. (19) Hand. III. 6. 1.

XVI. 56. (1)—(1) Krueger. *de Attract.* 442., Matth. *p. L. M.* 12. 84., Madvig. *de F.* 386. et 719., Ochsner. 221. (2) *C. s. autem* 2. (3) V. ad 1. 5. e. (4) V. ad *C. M.* 5. 15. (5)

erga nosmet ipsos; alteram, ut nostra in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentiae pariter[9] aequaliterque[9] respondeat; tertiam, ut quanti quisque se ipse facit, tanti fiat ab amicis. 57. Harum trium sententiarum nulli prorsus[1] assentior. Nec[2] enim illa prima[3] vera est, ut, quemadmodum[4] in se quisque, sic in amicum sit animatus[4]. Quam multa enim, quae[5] nostra causa numquam[6] faceremus, facimus[7] causa[8] amicorum? precari[9] ab indigno, supplicare; tum[10] acerbius in aliquem invehi[11] insectarique[12] vehementius[11]: quae in nostris rebus non satis[13] honeste, in amicorum[14] fiunt honestissime. Multaeque[15] res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa[16] detrahunt[17] detrahique patiuntur, ut[18] iis amici potius, quam ipsi, fruantur. 58. Altera[1] sententia est, quae[2] definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus: hoc[3] quidem[3] est nimis[4] exigue[5] et exiliter ad calculos[6] vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum et datorum. Divitior[7] mihi et affluentior videtur esse vera[8] amicitia, nec observare restricte[9], ne plus reddat, quam acceperit; neque enim verendum est, ne quid excidat[10] aut ne quid in terram defluat[10], aut ne plus

Cf. *de F.* i. 20. 66. *Tusc.* iv. 3. 5., 22. 50., *de L.* ii. 6. 14., *de N. D.* i. 30. 85., *de Off.* i. 1. 3., iii. 15. 63. (6) V. Nizol. (7) *eod. m. ut* 1. (8) Sic 2., 3.; *-os* 1., G.: v. ad 4. 13. (9) Cf. 9. 32.

57. (1) Hand. IV. 618. 3. (2) Idem V. C. ibid. 115. 26. (3) Del. 2. (4)—(4) Nota ut variata sint omnia: v. ad *C. M.* 6. 15. (5) *q. nra ca que* 2: v. ad Sallust. p. 72. Ergo postponend. rel.: v. ad *C. M.* 23. 85. e. (6) V. ad *C. M.* 4. 11. (7) Xenoph. *M. S.* ii. 2. 7. (8) Nota praepos. *causa*: cf. *Orat.* 55. 185.: v. Frotscher. ad Muret. I. 263. (9) Appositio. (10) V. ad *C. M.* 15. 54. (11)—(11) Cf. *de Or.* i. 7. 24. (12) Zeugma: nam non dicitur *in aliquem insectari.* (13) *sat* 2.: v. ad *C. M.* 14. 48. e. (14) *in rebus a.* 2.; v. ad *C. M.* 10. 32. e.: de ellipsi autem ibid. ad 9. 27. (15) V. ad 7. 23. (16) Del. 2. (17) De ind. ad *de Off.* i. 2. 5.; ad ipsum verbum cf. item *de Off.* iii. 5. 21. et 24., 6. 30. (18) *his ut* 1.

58. (1) De anacolutho, quo omissum est prius *nec*, Madvig. *de F.* 805. (2) I. e. *ea* quae. (3) Cf. 8. 26. (4) Del. G.: v. ad 13. 45. (5) Cf. *ad F.* x. 9. 3. (6) Cf. *de F.* ii. 19. 60. (7) Moser. *de Rep.* 77., *Parad.* 306.: al. *ditior*. (8) Del. aliquot, frustra: cf. § 59. (9) Translatum, monet B., ab usu radii, quo modus aequatur. Cf. *de F.* ii. 13. 42. (10)—(10) E mensura aridorum fluidorumque recte interpretatur Goerenz. apud B. (11)

aequo quid[11] in amicitiam[12] congeratur. 59. Tertius vero ille finis deterrimus, ut, quanti[1] quisque[2] se ipse faciat, tanti[1] fiat ab amicis. Saepe[3] enim in[4] quibusdam[3] aut animus abjectior[5] est aut spes amplificandae fortunae fractior. Non est igitur amici, talem esse in[6] eum, qualis ille in[6] se est, sed potius eniti[7] et efficere[7], ut amici jacentem animum excitet inducatque in[8] spem cogitationemque meliorem. Alius igitur finis verae amicitiae constituendus est, si[9] prius[9], quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixero[10]. Negabat ullam vocem[11] inimiciorem amicitiae potuisse reperiri, quam ejus, qui dixisset, ita amare[12] oportere, ut[13] si[13] aliquando esset osurus[13], nec vero se[14] adduci posse[15], ut hoc[16], quemadmodum putaretur, a Biante[17] esse dictum crederet, qui sapiens habitus[18] esset unus e septem; impuri[19] cujusdam aut ambitiosi aut[20] omnia[21] ad[21] suam potentiam revocantis[21] esse sententiam. Quonam enim modo quisquam amicus esse poterit ejus[22], cui se putabit inimicum esse posse? Quinetiam necesse erit cupere et optare, ut quam saepissime peccet amicus, quo plures[23] det sibi[24] tamquam[25] ansas[26] ad reprehendendum: rursum autem rectis[27] factis commodisque amicorum necesse[28] erit[28]

Del. G., frustra. (12) -*a* 2. cum plurimis.

59. (1)—(1) Inverso ordine 1. *tanti* ... *quanti*—. (2) Del. 2.: v. ad 9. 29. (3)—(3) Cf. 17. 63., *Quidam saepe*. (4) I. e. quibusdam exsistentibus, aut animus horum —: v. ad *C. M.* 8. 8. (5) De compar. ad *C. M.* 3. 8. (6) Cf. 3. 11. (7) I. e. enitendo efficere, eniti ut efficiat. (8) Del. 1., 2., frustra: cf. *de Off.* ii. 15. 53., *p. Planc.* 42. 104. (9) Hand. IV. 567. 3.; adde *ad Herenn.* i. 10. 16., *in Verr.* iii. 16. 40., *ad F.* xiii. 10. 3., *Acad.* ii. 20. 64., *Tusc.* iii. 15. 32., *de D.* ii. 49. 101., *de Off.* ii. 1. 1. (10) Cortius ad Sallust. *C.* 48. 4. (11) Cf. 11. 37. (12) Sc. *aliquem*: v. ad *de Off.* i. 38. 137. (13) Exstat idem fere praeceptum apud poëtam Persicum Saadi *Gulistan.* i. 28. (14) Omittunt aliquot, prob. Orellio: v. ad *C. M.* 9. 30. (15) Sc. *dicebat*; vv. Ellendt. *de Or.* II. 43., Madvig. *de F.* 189. (16) Del. 2. (17) Val. Max. vii. 3. 3. (18) Cf. 1. 5. (19) Sic G., omisso *sed*: adde *in Verr.* i. 3. 8., v. 31. 80., *p. Lig.* 9. 27 (20) *et?* (21)—(21) Moser. *Tusc.* II. 132., *de Rep.* 240., nos *de D.* 100 b. (22) Sic addunt 1., 2. (23) *plus* 2. (24) V. ad *C. M.* 20. 72. (25) Ochsner. 122. (26) V. ad *de Off.* iii. 6. 31.; add. Frotsch. ad Muret. I. 174. (27) Sic 2. cum

angi, dolere, invidere. 60. Quare hoc quidem praeceptum, cujuscumque est[1], ad tollendam amicitiam valet. Illud potius praecipiendum[2] fuit[2], ut eam diligentiam adhiberemus in amicitiis[3] comparandis, ut[4] ne[5] quando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. Quinetiam, si minus felices in deligendo fuissemus, ferendum[6] id Scipio potius, quam inimicitiarum tempus cogitandum, putabat.

XVII. 61. His igitur finibus[1] utendum arbitror, ut, quum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum[2], voluntatum[2] sine ulla exceptione communitas; ut[3] etiam, si qua fortuna acciderit, ut minus[4] justae amicorum voluntates adjuvandae sint, in quibus eorum aut caput[5] agatur[6] aut fama[5], declinandum[7] sit[8] de via[7], modo[9] ne[9] summa[10] turpitudo sequatur. Est enim quatenus[11] amicitiae dari venia possit: nec vero negligenda[12] est fama; nec mediocre[13] telum[14] ad res gerendas existimare oportet benevolentiam[15] civium[15]: quam blandi-

aliquot; v. ad *C. M.* 19. 69.: vulg. *-te.* (28) Del. G., frustra: v. ad *de Off.* i. 41. 149. e., *C. M.* 18. 63. e.; adde *Orat.* 16. 51., "*dicere,*" et 57. 196., *temperata; in Verr.* i. 31. 80., "*dicis,*" et v. 71. 181., "*videmus;*" *p. Tullio* § 10., "*dare;*" *Tusc.* i. 20. 45., "*viderunt,*" et v. 21. 62., "*jussit;*" supra 2. 8., "*respondeo.*"

60. (1) De ind. vid. B.; add. Matth. *p. Sext.* 66. 138., *p. Mil.* 1. 1., *p. Lig.* 7. 22., Madvig. *de F.* 26. et *Opuscc.* I. 481. Moser., *Tusc.* I. 278. et 385., II. 351., Gies. *de D.* 274., Ochsner. 228., Daehn. in Seebod. *M. Cr.* I. 164., II. 252., Frotscher. ad Muret. III. 71., nos ad Sallust. 82. (2) V. ad *de D.* ii. 33.: cf. *Orat.* 22. 75., 44. 151., 48. 162., 53. 177., *ad A.* vii. 7. 6., viii. 3. 3. (3) *-cis* aliquot, frustra cf. 21. 76., *de F.* i. 20. 66. (4) V. ad *de Off.* ii. 23. 82.: adde *in Verr.* ii. 55. 138., iii. 16. 42., *p. Mil.* 2. 6., *ad A.* iv. 1. 6., vii. 3. 6., 17. 3., viii. 3. 3., 12. 1., ix. 6. 6., 7. 3. ter, xi. 7. 2., 16. 5., xiii. 19. 5., xiv. 13. B. 4., *Acad.* i. 6. 24., *Tusc.* i. 49. 118., *de Rep.* ii. 10. 20. (5) Supra 12. 42.; add. Hand. IV. 32. (6) Solon apud Diog. Laert. i. 60., conferente Wetzelio; addit B. Isocr. *ad Demonic.* 9. 2.

XVII. 61. (1) Cf. 16. 56. (2) Cf. 4. 15., *p. Planc.* 2. 5. (3) Cf. 3. 12. (4) Cf. 7. 23. (5) Cf. *Acad.* ii. 38. 119., *de Off.* i. 12. 38. (6) Cf. *in Verr.* ii. 23. 57., *Philipp.* vii. 9. 27., *de F.* ii. 17. 56. (7)—(7) Proprie *de F.* v. 2. 5. Ad rem autem adhibe *p. Mur.* 3. 7., *de Off.* ii. 14. 51. (8) *est* 1., 2.; tertio deest locus. (9) Hand. III. 635. 12. (10) Del. unus apud G., frustra. (11) Cf. *de Off.* iii. 10. 43. (12) Cf. *de Off.* i. 28. 99. (13) Cf. 18. 66. (14) Vetus Poëta *ad F.*

tiis et assentando[16] colligere[17] turpe est: virtus[18], quam[18] sequitur caritas[18], minime repudianda est. 62. Sed (saepe[1] enim[1] redeo[2] ad Scipionem[3], cujus[4] omnis sermo[4] erat de amicitia) querebatur[3], quod omnibus in[5] rebus homines diligentiores[5] essent; ut[6], capras et oves[7] quot quisque[8] haberet, dicere posset[9]; amicos quot haberet, non posset[9] dicere[10]; et in illis quidem parandis adhibere[11] curam, in amicis eligendis[12] negligentes esse, nec habere quasi signa[13] quaedam et notas[13], quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, judicarent. Sunt igitur[14] firmi et[15] stabiles et[15] constantes eligendi. Cujus[16] generis est magna penuria: et judicare difficile est[17] sane, nisi expertum[18]. Experiendum autem[19] est in ipsa amicitia. Ita praecurrit amicitia judicium tollitque experiendi potestatem. 63. Est igitur prudentis sustinere[1], ut currum[1], sic impetum benevolentiae, quo utamur[2], quasi equis tentatis, sic amicitiis[3], aliqua parte periclitatis[4] moribus[4] amicorum. Quidam[5] saepe[5] in[6] parva pecunia perspiciuntur[7], quam sint leves; quidam autem[8], quos parva

vii. 16. 1., "Usquequaque sapere oportet: id erit *telum* acerrimum." Plura Forcell. ([15]) Cf. *de Off.* ii. 9. 32. ([16]) De ger. ad *C. M.* 23. 85.; adde inf. 20. 74. ([17]) V. Nizol; adde *in Caecil.* 22. 71. et 72., *Philipp.* ii. 2. 3., *ad F.* ii. 16. 1., ix. 16. 2., x. 12. 5. ([18])—([18]) *virtutem quae sequitur caritas?* cf. *de Off.* ii. 9. 32.

62. ([1]) Sic 2., 3., K.; vulg. *S. saepe (etenim redeo —): Sed saepe redeo* 1. ([2]) Cf. 1. 1. ([3])—([3]) Poterat sic: *Sed (saepe enim ad hunc redeo, . . .) querebatur Scipio.* V. ad 1. 2. ([4])—([4]) Cf. 1. 5., *C. M.* 1. 3. ([5])—([5]) V. Nizol. Dicitur etiam *alicujus rei diligens.* ([6]) Cf. 3. 12. e. Etsi del. 1., 2., 3. ([7]) Xenoph. *M. S.* ii. 4. 2. ([8]) V. ad 9. 29. ([9])—([9]) *posse . . . posse* edd. multae (omisso supra *ut); posset . . . posse* 2. ([10]) *dicere n. p.* 3. Dele *dicere:* cf. 5. 19. e. ([11]) Sc. *dicebat.* Etsi potes jam ad *querebatur* referre. ([12]) *de-* 1., 3. ([13])—([13]) Cf. Eurip. *Med.* 519., *Hippol.* 925., apud G. ([14]) Cf. 8. 26. ([15]) Cf. 18. 65., *C. M.* 13. 44. ([16]) I. e. Hujus autem: v. ad 1. 5. ([17]) Del. G. ([18]) *nisi experto expertum?* ([19]) *E. e. au.* G.

63. ([1])—([1]) *ad A.* xiii. 21. 3., *Acad.* ii. 29. 94. ([2]) Nota enallagen. ([3]) *-cis* 2.: v. ad 16. 60.: *in amicitiis* 3. ([4]) I. e. sic amicitiis ita, ut sint aliqua ex parte periclitati mores amicorum: cf. inf. h. §., "*neglecta amicitia.*" Ad rem autem 20. 74. ([5]) Cf. 16. 59. ([6]) I. e. quum parva pecunia proposita est: v. ad *C. M.* 3. 8. ([7]) Krueger. 443.: cf. 16. 56. ([8]) Sic ad-

movere non potuit, cognoscuntur in[6] magna. Sin[9] erunt aliqui[10] reperti, qui pecuniam praeferre amicitiae sordidum existiment; ubi[11] eos inveniemus[11], qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes amicitiae non anteponant, ut, quum[12] ex altera parte proposita haec sint, ex altera jus[13] amicitiae, non multo[14] illa malint? Imbecilla enim est[15] natura[16] ad contemnendam potentiam; quam etiam si neglecta[17] amicitia[17] consecuti sunt[18], obscuratum[19] iri[19] arbitrantur, quia[20] non sine magna causa sit[20] neglecta amicitia[21].
64. Itaque verae amicitiae difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus reque publica versantur. Ubi enim istum invenias[1], qui honorem amici anteponat suo? Quid? haec ut[2] omittam[3], quam graves, quam difficiles plerisque videntur calamitatum societates? ad quas[4], non sunt[5] faciles[6] inventu[6], qui descendant[5]. Quamquam Ennius recte:

Amicus certus in re incerta cernitur:

tamen haec duo levitatis et infirmitatis plerosque convincunt, aut[7] si[7] in[8]bonis[9] rebus contemnunt aut[7] in malis[9] deserunt.

XVIII. Qui igitur utraque[1] in re[1] gravem, con-

dunt 1., 2., 3. (9) *Sin vero* 1., G.; *Sin autem* 2.; *Si vero* 3. (10) *a. e.* 1., 2. (11)—(11) Cf. § 64. (12) Del. 2.: fortasse *ex . . . haec quum sint;* v. ad *C. M.* 16. 55. (13) *vis* 3., male. (14) V. ad *C. M.* 14. 49.: cf. 19. 70. (15) Sic 1., 2., 3.; *I. e. enim* G.: al. *I. enim n. e.* (16) Del. 2. (17) I. e. quam etiam si ita consecuti sint, ut neglecta sit a.: cf. supra h. §., "*periclitatis moribus.*" (18) *sint* 2., M. (19) Sc. quod neglecta sit amicitia. V. Nizol. (20)—(20) Cf. 4. 15. (21) Recte tuetur G.

64. (1) *-es* 2., 3.: cf. § 63. (2) V. ad *C. M.* 20. 74. (3) Cf. *C. M.* 7. 24. (4) V. ad 1. 5. (5)—(5) Ita scripsi: nam edd. fere *non est facile inventu, qui descendat;* quae constructio nulla est: codd. autem plures (omnes mei) *inventus*, quod etiam expressit H., praet. graviter pro fut. poni dicens; unus *non sunt facile inventi;* aliquot *descendant.* (6) Mox ad *Ciceronian.* § 34. (7)—(7) Malles *si aut . . .*, *aut* —, vel *aut si . . .*, *aut si:* at v. ad *C. M.* 3. 7. De *si* — autem quasi pro infinitivo ad 11. 37.: cf. 14. 48. (8) I. e. quum bonae res sunt: v. ad *C. M.* 3. 8. (9)—(9) In bonis rebus *suis*, in malis *amicorum*, intelligebat Manutius. Contra Facciol.: "Amici in bonis colendi, in malis adjuvandi."

stantem, stabilem se in amicitia praestiterit, hunc ex maxime[2] raro[2] genere hominum judicare debemus et paene divino. 65. Firmamentum autem stabilitatis[1] constantiaeque[1] est[2] ejus, quam in[3] amicitia[3] quaerimus, fides. Nihil est enim stabile, quod infidum est. Simplicem[4] praeterea et communem[5] et[6] consentientem[7], id[8] est[8] qui rebus eisdem moveatur, eligi par[9] est; quae omnia pertinent ad fidelitatem. Neque enim fidum potest esse multiplex[10] ingenium[11] et tortuosum[10]. Neque vero, qui non eisdem rebus movetur et natura[12] consentit, aut[13] fidus aut stabilis potest esse[14]. Addendum eodem est[15], ut[16] ne[16] criminibus aut inferendis delectetur aut credat oblatis; quae pertinent omnia[17] ad eam, quam jamdudum[18] tracto, constantiam. Ita[19] fit[19] verum illud, quod initio[20] dixi, amicitiam, nisi inter[21] bonos, esse non posse. Est enim boni viri (quem eumdem[22] sapientem licet dicere) haec duo tenere[23] in amicitia[24]; primum, ne quid fictum[25] sit neve[26] simulatum[25]; aperte enim vel[27] odisse magis ingenui est, quam fronte[28] occultare sententiam; deinde, non solum ab aliquo allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper

XVIII. (1)—(1) Sc. et bonarum rerum et malarum: cf. c. 17. extr. (2) Mox ad *Ciceronian.* § 35.

65. (1)—(1) Omittit *gravitatem;* v. ad *C. M.* 11. 36.: *constantem* autem et *stabilem* epanodi modo respicit; v. ibid. ad 13. 44. (2) Sic etiam 1. et 2. cum aliquot; 3. autem del. *est:* al. in fine *fides est.* (3) *q. q. in a.* 3. (4) I. e. apertum: cf. *de Off.* i. 19. 63., 30. 109., iii. 13. 57. (5) *comem* 3.: vv. Gernh. *Cat. M.* 114., Beier. *de Off.* II. 222. (6) Cf. 17. 62. (7) Cf. 4. 15. (8) Addidit K.; accedit 1.; *idem* 2. et 3.: v. ad *C. M.* 20. 73. (9) Cf. 22. 82. (10)—(10) Cf. *de N. D.* ii. 54. 136. (11) I. e. homo multiplicis ingenii: cf. Sallust. *C.* 20. 2. (12) *et naturae*, 1., 2.; *ex naturaque* 3.: al. *naturaque.* Fortasse: *et natura cujus non naturae consentit.* (13) Om. G.; quem sequitur Hand. I. 544. (14) *e. p.* 1. 2. (15) Del. 2. (16) Cf. 12. 42. (17) Sic 1.; *q. p. ad ea omnia* 2.; *q. omnia p.* 3. (18) Hand. III. 159. 2.; adde *in Verr.* iv. 49. 109., *de Rep.* ii. 40. 67., inf. 22. 82. (19) Hand. III. 474. 13. (20) C. 5. § 18. (21) Hand. III. 396. 18. (22) V. ad 4. 14. (23) Cf. *de Off.* i. 25. 85. (24) *in a. t.* 2. (25) Np. ab ipso: cf. 2. 8. e. (26) Hand. IV. 176. 3. (27) Zumpt. § 108. et 734. (28) V. Nizol. (29) *semper ab a. a. exist.* 1.

66. (1) Cf. 17. 61. (2) V. Ni-

aliquid existimantem ab[29] amico[29] esse violatum. 66. Accedat huc suavitas quaedam oportet sermonum atque morum, haudquaquam mediocre[1] condimentum[2] amicitiae. Tristitia[3] autem et[4] in omni re[4] severitas[3] habet[5] illa[6] quidem gravitatem; sed amicitia remissior[7] esse debet et liberior et dulcior et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior[7].

XIX. 67. Exsistit autem hoc loco quaedam[1] quaestio subdifficilis, num quando amici novi[2] digni[2] amicitia veteribus sint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere solemus. Indigna dubitatio[3] homine[3]! Non enim debent esse amicitiarum, sicut aliarum rerum, satietates; veterrima quaeque, ut ea vina[4], quae vetustatem ferunt[5], esse debet[6] suavissima[7]; verumque illud est, quod dicitur, multos modios salis[8] simul edendos esse, ut[9] amicitiae munus expletum[9] sit[9]. 68. Novitates autem, si spem afferunt, ut[1], tamquam[2] in herbis non fallacibus, fructus appareat, non sunt illae[3] quidem[3] repudiandae; vetustas tamen suo[4] loco[4] conservanda est. Maxima est enim vis vetustatis et consuetudinis: ut[5] in[6] ipso[7] equo, cujus modo feci[8] mentionem[8], si[9] nulla res impediat[9], nemo[10] est, qui non eo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato[11] et novo. Nec vero[12] in[6] hoc[13],

zol. (3) Cf. *de Or.* ii. 58. 236., *Brut.* 25. 97. (4)—(4) *in o. re et* 1., frustra: v. n. 2. ad *C. M.* 1. 1. (5) V. ad *C. M.* 13. 45. (6) V. ad *de Off.* i. 18. 60.; add. Ellendt. *de Or.* II. 340., Moser. *Tusc.* I. 448.. II. 34. et 295. (7)—(7) De compar. ad *C. M.* 3. 8.

XIX. 67. (1) *q. quaed.* 1., 3. (2) De adjj. duobus ad *C. M.* 11. 36.: cf. *in Verr.* iv. 37. 81., "hominibus *novis industriis.*" (3) Sic 3., K.: vulg. *ind. h. d.* (4) I. e. ut eorum vinorum . . . veterrimum quodque, sc. suavissimum est. (5) I. e. quae vetustate mitescunt melioraque fiunt. (6) *-ent* codd.; correxit B.: v. ad *C. M.* 18. 63. (7) *-mae* edd. multae, male. (8) Utitur dicto eodem Plutarch. (9)—(9) De temp. Zumpt. § 528., Madvig. *Opuscc.* II. 106., seqq.

68. (1) V. ad 4. 14. (2) I. e. quemadm.: v. ad *C. M.* 11. 35. (3) V. ad *C. M.* 18. 65. (4) *l. s.* 1., 3. (5) Sic 1., 2., 3.: vulg. *Quin ipso*; al. *Atqui* vel *Atque in ipso.* (6) Matth. *p. Mil.* 34. 92.; adde supra ad 13. 48. (7) V. ad *C. M.* 11. 38. (8) Sic 1., 3.: vulg. *m. f.*: v. ad *C. M.* 18. 63. (9)—(9) De subj. ad *C. M.* 7. 21. (10) *impediat. Nemo est enim, qui* — 1., 3., frustra: v. ad *C. M.* 8. 26. (11)

quod est animal, sed in[6] iis etiam, quae sunt inanima[14], consuetudo valet; quum locis ipsis delectemur, montuosis[15] etiam et sylvestribus, in quibus diutius[16] commorati sumus. 69. Sed maximum est in amicitia, parem[1] superiorem[2] esse inferiori. Saepe[3] enim excellentiae quaedam sunt; qualis erat Scipionis in nostro, ut[4] ita dicam[4], grege[5]. Numquam se ille Philo, numquam Rupilio, numquam Mummio anteposuit, numquam inferioris ordinis amicis. Q. vero[6] Maximum fratrem, egregium virum omnino[7], sibi[8] nequaquam parem, quod is anteibat aetate, tamquam superiorem[9] colebat[10], suosque omnes per[11] se esse ampliores volebat. 70. Quod faciendum[1] imitandumque est omnibus, ut[2], si quam praestantiam[3] virtutis, ingenii, fortunae consecuti sunt, impertiant eam[4] suis[5] communicentque cum proximis; ut[2], si parentibus nati sint humilibus, si propinquos habeant[6] imbecilliores[7] vel animo[8] vel fortuna[8], eorum augeant opes[9] eisque honori sint et dignitati: ut in fabulis, qui aliquamdiu propter ignorationem stirpis et generis in[10] famulatu[11] fuerint[12], quum cogniti sunt et[13] aut deorum aut regum filii inventi, retinent tamen[14] caritatem in[15] pastores, quos patres multos annos esse duxerunt. Quod est multo[16] profecto[17] magis in[18] veris[19] patribus certisque[20] faciendum[21]. Fructus

Sc. aliquo. (12) Sic 1., 2., 3.: al. *modo*. (13) I. e. Nec vero in hoc *tantum* (quod etiam addit 2.; 1. *solo*): v. Davis. ad *de N. D.* ii. 64. (14) *-mata* 1., 2., 3.: cf. *de Off.* ii. 3. 11., 4. 14., 5. 17. (15) *-tosis* edd. quaedam. (16) V. ad *C. M.* 22. 80.

69. (1) Sic Bas. 2.; vulg. *s. p.*; *p. e. i. s.* K. (2) Del. aliquot, M. (3) Nota cum plur.: cf. 21. 76. (4)—(4) Cf. 9. 29. (5) Sine excusatione ista *de F.* i. 20. 65. et alibi. (6) V. ad 12. 41. (7) Hand, IV. 375. 6. Sic autem distinxit B.: al. *e. v.*, *o. s.* (8) Del. 2.: v. ad 1. 1. (9) Del. 2. (10) Cf. *C. M.* 3. 7. (11) Hand. IV. 439. 4.

70. (1) *-undum* 1. (2)—(2) V. ad *C. M.* 5. 13. (3) *eminentiam* 1. (4) Sic 1., 2., 3.; vulg. *ea*: del. G. (5) V. ad *C. M.* 3. 7.: cf. 20. 71. (6) Cf. 11. 36. (7) V. ad *C. M.* 3. 8. (8)—(8) Cf. 16. 59. (9) Nota Chiasmum; v. ad *C. M.* 13. 44. (10) Cf. 3. 11. e. (11) Nonius 206. (12) *-runt* 2. (13) Del. 1., 3. (14) V. ad *C. M.* 18. 65. (15) Cf. 3. 11. (16) Cf. 17. 63. (17) Cf. 1. 2. (18) Cf. 2. 9. (19) *v. in p.* G. tacite. (20) Matth. *p. Rosc. A.* 16. 46. (21) *-undum* 1. iterum. (22) *excellentiae* 1., 3. (23) *-me* aliquot, male. (24) V. ad *C. M.* 18. 62.: cf. 21. 79.

XX. 71. (1) *-a* 3. (2) Cf. *non*

enim ingenii et virtutis omnisque praestantiae[22] tum maximus[23] capitur[24], quum in proximum quemque confertur.

XX. 71. Ut igitur ii, qui sunt in amicitiae[1] conjunctionisque necessitudine superiores, exaequare se cum inferioribus debent, sic inferiores non[2] dolere[2], se a suis[3] aut ingenio[4] aut fortuna aut dignitate[4] superari. Quorum[5] plerique aut queruntur semper aliquid aut etiam[6] exprobrant; eoque magis, si habere[7] se putant, quod[7] officiose et amice[8] et cum[9] labore aliquo[10] suo[10] factum queant[7] dicere. Odiosum[11] sane genus[11] hominum, officia exprobrantium[12]: quae meminisse debet is[13], in quem collata sunt, non commemorare, qui[14] contulit. 72. Quamobrem, ut ii, qui superiores sunt, submittere[1] se[1] debent in amicitia; sic quodam modo inferiores extollere. Sunt enim quidam[2], qui[2] molestas amicitias faciunt[2], quum[3] ipsi se contemni putant; quod non[4] fere[4] contingit, nisi iis[5], qui etiam contemnendos[6] se arbitrantur; qui hac[7] opinione non modo verbis, sed etiam opere levandi[7] sunt. 73. Tantum autem cuique tribuendum[1], primum, quantum ipse efficere possis; deinde etiam, quantum ille, quem diligas atque adjuves, sustinere. Non enim neque[2] tu[3] possis, quamvis[4] licet[4] excellas[5], omnes tuos[6] ad honores

c. infin. *in Verr.* i. 9. 25., 49. 128., ii. 64. 155., *ad F.* 117., 152., 198., *ad A.* 80., 224., 330., 334. (3) Cf. 19. 70. (4)—(4) Cf. 19. 70. (5) V. ad 1. 5. (6) Hand. I. 556. (7)—(7)—(7) V. ad *C. M.* 10. 33. e. (8) *in amico* 1. (9) Hand. II. 155. 11., 158. e. (10) *s. a.* 2., 3. (11)—(11) Cf. 21. 79. De epiphonemate ad *C. M.* 5. 14. (12) Gen. epexeget.: v. ad *C. M.* 1. 2., *de Off.* iii. 9. 38. (13) *is d.* 3. (14) Nota omitti *is*: cf. 21. 78., *Philipp.* xi. 4. 9.

72. (1) Cf. *p. Planc.* 10. 24. (2)—(2) V. ad 16. 57. (3) I. e. fere *quod*: v. ad *C. M.* 19. 68. (4) Hand. II. 695. 5. (5) *his* 2., 3.: v. ad *C. M.* 3. 7. (6) V. ad *C. M.* 3. 7. (7)—(7) *ab h.* 3., male: v. Nizol.

73. (1) Cf. 2. 9. (2) Addidit K.: quasi fuisset infra perrecturus, *et, si etiam possis* . . ., —. V. Madvig. *de F.* 805. (3) Indefinite: cf. 27. 100. e.; add. Peerlkamp. *B. C. N.* I. 89. (4) Garaton. *de H. R.* 9. 19., Moser. *Tusc.* II. 393., Gronov. *de N. D.* iii. 36.; adde *de L.* iii. 10. 24. (5) *-sas* codd. Langii: v. Priscian. viii. 17. 96., x. 6. 36. (6) V. ad *C. M.* 3. 7. (7) I. e. quum potuerit: nim. discretive; v. ad *C. M.* 6. 19. (8)

amplissimos perducere: ut Scipio P. Rutilium potuit[7] consulem efficere, fratrem ejus Lucium non[8] potuit[8]. Quod[9] si[9] etiam possis quidvis deferre ad alterum, videndum[10] est tamen, quid ille possit sustinere. 74. Omnino[1] amicitiae corroboratis jam confirmatisque[2] et ingeniis et aetatibus judicandae[3] sunt; nec[4], si qui ineunte aetate venandi[5] aut pilae studiosi fuerint[6], eos habere necessarios[7], quos tum eodem studio praeditos dilexerunt[8]. Isto[9] enim modo[9] nutrices et paedagogi jure vetustatis plurimum benevolentiae postulabunt[10]; qui negligendi quidem non sunt, sed alio[11] quodam modo[11]. Aliter[12] amicitiae stabiles permanere non possunt. Dispares enim mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta[13] est inter eos, quanta[13] maxima[13] potest esse, morum studiorumque distantia[14]. 75. Recte etiam praecipi potest in amicitiis, ne[1] intemperata quaedam[1] benevolentia[1], quod persaepe fit, impediat magnas utilitates amicorum. Nec enim, ut[2] ad fabulas redeam[2], Trojam Neoptolemus[3] capere potuisset, si Lycomedem, apud[4] quem erat educatus, multis cum[5] lacrymis iter suum[6] impedientem[7], audire[8] voluisset[9]. Et saepe incidunt magnae res, ut[10] discedendum sit ab amicis: quas[11]

Cf. 5. 19. e. (9) Cf. 7. 23. (10) Cf. *de Off.* i. 14. 42,. 18. 59.

74. (1) Hand. IV. 378. 10.: cf. 26. 98. (2) *firm.* 3. v. ad 9.: 30. (3) Jungendum arctius cum abll. istis: cf. 17. 63. (4) Exegetice; v. ad *C. M.* 17. 60.: cf. 23. 87., 24. 88. (5) De ger. ad 17. 61. (6) *-runt* 1., B. (7) Sc. *oportet;* quod recte G. omisit: v. Madvig. *de F.* 318.; adde nos *Animadv. in Fronton.* 19. (8) *-rint* 3. (9)—(9) Cf. *de F.* ii. 8. 23., 31. 103., *Tusc.* iv. 23. 52., *de L.* iii. 10. 23., *de N. D.* i. 30. 83., iii. 9. 23. (10) De fut. ad *de Fa.* 159. b. (11)—(11) Addunt codd. varie *colendi, diligendi, amandi.* Cf. 2. 6. (12) Alioqui: Hand. I. 273. 5. (13)—(13) V. ad *C. M.* 12. 41. (14) Frotscher. ad Muret. I. 221.

75. (1)—(1) *ne quis int. quadam* 1., 2., 3. (2)—(2) Cf. 19. 70. (3) Nim. sine quo Troja capi non poterat. (4) Hand. I. 408. 4. (5) Hand. II. 155. 11.: de interpos. autem *cum* ad *C. M.* 15. 51. (6) V. ad *C. M.* 20. 72. (7) I. e. impedire conantem: v. ad *C. M.* 4. 11. (8) I. e. obtemperare ei: v. Nizol. (9) V. ad *C. M.* 6. 20. (10) Quasi *tales*, ut —: v. ad *de Off.* i.

qui[11] impedire vult, quod desiderium non[12] facile[12] ferat, is et infirmus est mollisque natura et ob eam ipsam causam in amicitia parum justus. 76. Atque in omni re considerandum[1] est, et quid postules ab[2] amico[2], et quid patiare a te impetrari.

XXI. Est etiam quasi[1] quaedam calamitas in amicitiis[2] dimittendis nonnumquam necessaria: jam enim a sapientium familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio[3] nostra delabitur[3]. Erumpunt saepe[4] vitia amicorum quum in ipsos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad amicos redundet[5] infamia. Tales igitur amicitiae sunt remissione[6] usus[6] eluendae[7] et, ut Catonem dicere audivi, dissuendae[8] magis, quam discindendae[9]; nisi quaedam admodum[10] intolerabilis injuria exarserit[11], ut neque rectum neque honestum sit nec[12] fieri possit, ut non statim alienatio disjunctioque facienda sit. 77. Sin autem morum aut studiorum commutatio quaedam, ut fieri solet, facta erit, aut in rei publicae partibus[1] dissensio intercesserit (loquor enim jam[2], ut paulo ante dixi, non de sapientium, sed de communibus[3] amicitiis) cavendum erit, ne non solum amicitiae depositae, sed inimicitiae etiam[4] susceptae videantur[5]. Nihil enim turpius, quam cum eo bellum[6] gerere[6], quicum[7] familiariter[8] vixeris[8]. Ab amicitia Q. Pompeii meo[9] nomine[9] se removerat, ut scitis, Scipio: propter dissensionem autem, quae erat

10. 32.; add. Garaton. *p. Mil.* 236. ed. Or. (11) Cf. 9. 32. (12) V. ad *C. M.* 13. 44.

76. (1) Cf. 12. 40. (2) Del. 3.

XXI. (1) Del. 1., 2.; frustra: v. Beier. *de Off.* I. 67. (2) Cf. 16. 60. (3)—(3) V. ad 26. 100. (4) Del. 2., frustra: cf. 19. 69. (5) *-at* 3., male. Intellige autem vim praedicativam huc usque pertinere: v. Zumpt. § 561. De verbo Nizol.; adde *de Rep.* i. 3. 5. (6) *remissiore usu* 1. (7) *elevandae* 1., 2., 3. (8) Cf. *de Off.* i. 33. 120. (9) *rescind.* 3. Mallem simplex *scind.*: cf. *de N. D.* iii. 40. 95., "*disserere* malui, quam (di-) *judicare*:" v. ad 9. 30. (10) Cf. 4. 16. e. (11) Cf. 9. 29. (12) *neque* 2., 3., G.

77. (1) V. Nizol.; adde *in Cat.* iv. 6. 13. (2) Del. 2.: v. Hand. III. 136. 12. (3) I. e. vulgaribus: cf. *de Off.* iii. 10. 45. (4) Del. 2.; *sed etiam* 1., 3. (5) Cf. *C. M.* 14. 46. (6) Cf. *p. Sulla* 9. 28., *ad F.* xii. 22. 1. (7) *quo cum* 1.; *c. quo* 3.: cf. 6. 22. (8) Cf. 1. 2. (9) V. Nizol. (10) Np. augurali. (11) Cf.

in re publica, alienatus est a collega[10] nostro Metello[11]: utrumque egit graviter[12], auctoritate[13], et offensione animi[14] non acerba. 78. Quamobrem primum[1] danda[2] opera[2] est, ne qua amicorum discidia[3] fiant; sin tale aliquid evenerit, ut exstinctae[4] potius amicitiae, quam oppressae[4] esse[5] videantur[6]. Cavendum vero est, ne etiam in graves inimicitias convertant se amicitiae; ex quibus jurgia, maledicta, contumeliae gignuntur[7]. Quae tamen si[8] tolerabiles erunt[8], ferendae[8] sunt: et hic honos veteri amicitiae tribuendus, ut is in[9] culpa[9] sit, qui faciat, non qui[10] patiatur injuriam[11]. Omnino[12] omnium[12] horum vitiorum atque incommodorum una cautio est atque una provisio, ut[13] ne[14] nimis cito diligere incipiant[15] neve[16] non[17] dignos[17]. 79. Digni autem[1] sunt amicitia, quibus in[2] ipsis[2] inest causa, cur diligantur. Rarum[3] genus[3]! Et quidem omnia praeclara[4] rara[4], nec quidquam difficilius, quam reperire, quod sit omni ex parte in[5] suo genere[5] perfectum[5]. Sed plerique neque in rebus[6] humanis quidquam[6] bonum[7] norunt, nisi quod fructuosum sit, et[8] amicos, tamquam pecudes, eos

de Off. i. 25. 87. (12) *naviter* 3. (13) *auct. sapientium* 2. Fortasse *ut acta aetate:* cf. *C. M.* 17. 60. (14) Saepe gen. hic quasi abundat.

78. (1) *id p. o. d. e.* 2.: cf. Terent. *Andr.* i. 1. 130. (2) Cf. *de Off.* ii. 20. 71., 21. 74. (3) *dissid.* 1., 2., 3.: v. ad 10. 35. (4)—(4) Cf. *C. M.* 19. 71. Male autem Nonius 440.: "Quasi quod exstinguitur, possit reflammari; quod opprimitur, non queat." Nam exstinguitur aliquid sua sponte, deficiente alimento, opprimitur per vim. (5) Del. 1. (6) Cf. § 77. (7) *-antur* Ern., frustra. (8)—(8) *Q. t. t. eferendae s.* 2. (9) Cf. *Orat.* 57. 192., *ad F.* x. 26. 3., *de F.* i. 10. 33., *de N. D.* iii. 31. 78. (10) *is qui* 2.; *ii qui -ntur* 3.: cf. 20. 71. e. Fortasse *si qui:* cf. *ad F.* iii. 8. 3., *de F.* iii. 9. 31., u. v. Madv. 400. (11) Cf. *Philipp.* xi. 4. 9. et ibi Plat. apud Muret. (12) Hand. IV. 378. 12. (13) V. ad 4. 14. (14) V. ad 12. 42. (15) Np. qui amicos quaerunt. Contulit G. *de Off.* i. 9. 28., "*nolunt;*" ii. 22. 79., "*consequuntur.*" Frustra aliquot *-as, -amus.* (16) Del. 3.: v. Hand. IV. 176. 3., 178. 5. (17) *ind.* 1., 2.: v. Hand. IV. 257. 1.

79. (1) Hand. I. 579. (2) Del. 3., male: cf. *C. M.* 2. 4. (3) Cf. 20. 71. (4) *Et q. rara* 3. De parechesi vid. B.; adde VV. DD. ad *C. M.* 2. 6. laudatos. (5)—(5) Cf. *Tusc.* v. 13. 37. (6)—(6) V. ad *C. M.* 22. 80. n. 13. (7) *-ni* 2. cum aliquot: mox ad *Ciceronian.* § 29. (8) V. ad *C. M.* 15. 51. (9) *-me* 3.: v. Hand. IV. 521. 4. (10) Cf. 19. 70. e.

potissimum[9] diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos[10]. 80. Ita[1] pulcherrima illa et maxime[2] naturali carent amicitia, per[3] se et propter[4] se expetenda[5]; nec ipsi[6] sibi[6] exemplo sunt, haec vis amicitiae qualis[7] et quanta[7] sit. Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam a se ipse mercedem exigat caritatis suae, sed quod per se sibi quisque carus est. Quod[8] nisi[8] idem in amicitiam transferatur, verus amicus numquam reperietur: est enim is quidem[9] tamquam alter idem. 81. Quod[1] si[1] hoc apparet in[2] bestiis[2], volucribus, nantibus, agrestibus, cicuribus, feris, primum, ut[3] se ipsae[4] diligant; id enim pariter[5] cum[5] omni animante nascitur, deinde, ut[3] requirant atque[6] appetant, ad quas se applicent[7], ejusdem generis animantes; idque faciunt cum[8] desiderio et cum[9] quadam similitudine amoris humani; quanto id magis in[10] homine fit natura, qui et se ipse diligit[11] et alterum anquirit[12], cujus animum ita cum suo misceat, ut efficiat paene[13] unum[14] ex duobus[14]?

XXII. 82. Sed plerique perverse, ne[1] dicam[1] impudenter, amicum[2] habere[3] talem volunt, quales ipsi esse non possunt; quaeque ipsi non[4] tribuunt amicis, haec ab iis desiderant. Par[5] est autem[6], primum ipsum[7] esse[8] virum bonum, tum alterum similem sui

80. (1) *Itaque* 1., 2., 3.: v. ad *C. M.* 10. 34. (2) Hand. III. 587. 1.: mox nos ad *Ciceronian.* § 35. (3) Hand. IV. 442. (4) Idem V. C. ibid. 612. 6. (5) *-tita* 1., K.: v. ad *C. M.* 9. 27. n. 13. (6) *s. i.* 1., 3. (7)—(7) Cf. *de Inv.* ii. 57. 170., *Tusc.* iii. 23. 56. (8) Zumpt. § 807.; adde *in Verr.* iii. 92. 215., *ad A.* xiii. 45. 2. (9) *qui est* M.

81. (1) Cf. 7. 28. (2) Cf. 8. 27. (3) Madvig. *de F.* 399. (4) Del. aliquot. (5) Hand. IV. 388. 3. (6) *adque* 2.: vv. Hand. I. 453., Osann. *de Rep.* 31. et 464. (7) V. ad 8. 27. (8) Hand. II. 170. 13.: cf. 14. 51. (9) Frotscher. ad Muret. I. 373. (10) Cf. 2. 9. (11) *-at* 2. (12) *quaerat* 2. Cf. 23. 87., 24. 88., 27. 102.: vv. Moser. *de Rep.* 52. b, Cortius ad Sallust. *J.* 13. 6 (13) Hand. IV. 418. 2. (14)—(14) Cf. 25. 92.

XXII. 82. (1) Beneck. *p. L. M.* 15. 44.: cf. *ad F.* ix. 16. 3., xii. 30. 3., *ad A.* ix. 5. 2. (2) Np. suum quisque: v. ad 4. 13. (3) I. e. tali uti amico: cf. *in Verr.* ii. 38. 95., v. 71. 182. (4) *jam non* 1., 2.: v. Hand. III. 133. (5) Cf. 18. 65. (6) *P. autem e.* 1., 2.: v. Hand. I. 578. (7) Del. 2., 3. (8) Sc. *aliquem*: v. ad *de Off.* i. 38. 137. (9) I. e. tales si quando sunt; v.

quaerere. In[9] talibus ea, quam jamdudum[10] tractamus[10], stabilitas amicitiae confirmari potest, quum homines benevolentia conjuncti primum cupiditatibus iis, quibus ceteri serviunt, imperabunt[11], deinde aequitate justitiaque gaudebunt, omniaque alter[12] pro[13] altero suscipiet[12], neque quidquam umquam nisi honestum et rectum alter ab altero postulabit[12]; neque solum colent[14] inter[15] se[15] ac diligent, sed[16] etiam verebuntur. Nam[17] maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam. 83. Itaque in[1] iis perniciosus[2] est error, qui existimant, libidinum peccatorumque omnium patere[3] in amicitia licentiam. Virtutum amicitia[4] adjutrix a natura data est, non vitiorum comes, ut, quoniam solitaria non posset virtus ad ea, quae summa sunt, pervenire, conjuncta et sociata[5] cum altera perveniret[6]. Quae si quos inter[7] societas aut est aut fuit aut futura est, eorum est habendus ad summum naturae bonum optimus beatissimusque comitatus. 84. Haec[1] est[1], inquam[2], societas, in qua[1] omnia insunt[1], quae putant homines expetenda[3], honestas, gloria, tranquillitas animi[4] atque jucunditas; ut[5] et, quum haec adsint, beata vita sit et sine[6] his esse non possit. Quod quum optimum maximumque sit, si id volumus[7] adipisci, virtuti

ad *C. M.* 3. 8. (10) *-avimus* 1.: v. ad 18. 65. (11) Cf. *Tusc.* ii. 21. 47. (12)—(12)—(12) Attractum est verbum ad interpos. pron.: sic in *quisque* quidem saepe; vv. Meyer. *Brut.* 167. b, Madvig. *de F.* 692., nos *de Off.* i. 41. 147. (13) Cf. 13. 48. (14) *se colent* Ern., male. (15) Hand. III. 398. (16) Del. 2.: v. ad 16. 59. (17) Hand. IV. 4.

83. (1) V. ad *C. M.* 4. 10. (2) *pern. in iis* 1., 2. (3) Del. 2. Significantius pro subst.: v. ad *C. M.* 23. 83. (4) Nota interpos. nomen: cf. *Tusc.* v. 2. 5., "*philosophia*;" *de Off.* iii. 17. 72., "*natura.*" (5) Sic 2., 3., Oxx. quatuor, alii; vulg. *cons.*: cf. *de Or.* ii. 38. 159., "*con*cisum ac (*com*-)minutum;" *de N. D.* ii. 9. 25., "*con*flictu atque (*con*-)tritu;" et 45. 117., "*conti*nuatus et (*con*-)junctus;" *de Off.* i. 34. 122., "*con*stituenda et (*con*-)regenda:" v. ad 9. 30. (6) I. e. posset pervenire: v. ad 7. 23. (7) Hand. III. 408. 41.

84. (1)—(1)—(1) Madvig. *de F.* 92.; adde *in Verr.* i. 34. 87., ii. 53. 131., iii. 9. 22., 34. 78., iv. 13. 31. (2) V. ad *C. M.* 11. 35. e. (3) V. ad *C. M.* 3. 7. (4) V. ad *C. M.* 1. 1. (5) V. ad 3. 12. (6) Cf. 25. 92., 27. 104. (7) *-imus* 2.: v. ad *C. M.* 2. 6. (8) V. Nizol.

opera[8] danda[8] est; sine[9] qua nec[10] amicitiam neque[10] ullam rem expetendam[9] consequi possumus: ea vero neglecta qui se amicos habere[11] arbitrantur, tum[12] se[13] denique[12] errasse sentiunt, quum eos gravis aliquis casus[14] experiri cogit. 85. Quocirca (dicendum est enim saepius[1]), quum judicaveris[2], diligere oportet[2], non, quum dilexeris, judicare. Sed, quum multis in[3] rebus negligentia[4] plectimur[5], tum maxime in amicis et deligendis et colendis. Praeposteris enim utimur consiliis et acta[6] agimus[6], quod[7] vetamur[7] veteri proverbio. Nam implicati[8] ultro[9] et citro[9] vel usu diuturno vel etiam officiis repente in[10] medio cursu[10] amicitias[11], exorta aliqua offensione[11], dirumpimus.

XXIII. 86. Quo etiam magis vituperanda[1] est rei[2] maxime[3] necessariae tanta incuria. Una[4] est[4] enim amicitia in[5] rebus[5] humanis, de cujus[4] utilitate omnes uno ore[6] consentiunt[4]; quamquam[7] a multis ipsa virtus contemnitur et venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur. Multi divitias despiciunt, quos parvo[8] contentos[9] tenuis victus[10] cultusque[10] delectat. Honores[11] vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius,

(9) Cf. 25. 92. (10)—(10) Hand. IV. 128.; adde *in Pis.* 15. 36., *Philipp.* ii. 33. 83., *ad F.* iv. 1. 1., xiii. 57. 1., xiv. 1. 1., *Acad.* ii. 3. 7., *Cat. M.* 12. 41. (11) V. ad 11. 36. (12)—(12) V. ad *C. M.* 23. 82. (13) V. ad *C. M.* 2. 4. (14) V. Nizol.

85. (1) Cf. 21. 78. e. (2)—(2) Est Theophrasti hoc, post Ruhnken. ad Rutil. Lup. i. 23. monente Schuetzio. (3) V. ad *C. M.* 17. 59. (4) I. e. propter negl.: v. ad 2. 8. (5) V. Nizol. (6) Cf. *ad A.* ix. 18. 3., Terent. *Adelph.* ii. 2. 24., *Phorm.* ii. 3. 72. (7) *quo utamur* 3., frustra. (8) Cf. *de Off.* i. 32. 117. (9)—(9) Hand. II. 87. (10)—(10) Cf. *de Off.* iii. 33. 121. (11)—(11) De sing. c. plur. ad 4. 13.

XXIII. 86. (1) V. ad 20. 72. (2) I. e. in re necessaria: cf. 12. 42., 25. 92. (3) Cf. 21. 80. (4)—(4)—(4) Madvig. *de F.* 92. (5) I. e. una res est rerum humanarum: v. ad *C. M.* 18. 64. (6) Cf. 1. 2. (7) Correctio; v. ad *C. M.* 1. 1.: nim. quasi pars quaedam virtutis est amicitia. Mire autem H. particulam in duplicem exclamationem censuit dividendam. Et frustra delevit M.; quasi potuisset Cic. virtutem primum rerum humanarum exemplum afferre. (8) Cf. *ad A.* xii. 19. 1., *de Off.* i. 21. 70. (9) Sive parvo contenti, quos —; v. ad 3. 12. (10) Cf. *de Off.* i. 4. 12., 44. 158. (11)—(11) Cf. *de Off* i. 21. 71. (12) De intercisa orat. ad *C. M.* 2. 5. (13) Cf. *de F.*

nihil esse levius existiment[11]. Itemque cetera, quae quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt[12], qui pro[13] nihilo putent[14]. De amicitia[15] omnes[16] ad[16] unum[16] idem sentiunt, et ii, qui ad rem publicam se contulerunt[17], et ii, qui rerum cognitione doctrinaque delectantur[17], et ii, qui suum[18] negotium[18] gerunt otiosi[17]; postremo ii, qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine[19] amicitia vitam esse nullam[19] sentiunt[20], si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere. 87. Serpit[1] enim, nescio[2] quomodo[2], per omnium vitas[3] amicitia, nec[4] ullam aetatis[5] degendae rationem[5] patitur esse expertem sui. Quin etiam, si quis asperitate[6] ea est et immanitate[6] naturae, congressus[7] ut[8] hominum fugiat[9] atque oderit[9], qualem fuisse Athenis Timonem nescio[10] quem[10] accepimus; tamen is pati non possit, ut non anquirat[11] aliquem, apud quem evomat[12] virus acerbitatis suae[13]. Atque hoc maxime judicaretur[14], si quid tale posset contingere, ut aliquis nos deus[15] ex hac[16] hominum frequentia tolleret et in solitudine[17] uspiam collocaret atque ibi, suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam et copiam, hominis omnino adspiciendi potestatem eriperet. Quis tam[18] esset ferreus[19], qui eam vitam

v. 24. 72., *Tusc.* iii. 17. 36., *de L.* i. 23. 61., *de Off.* i. 9. 28., 21. 71. (14) *-ant* 2., 3.: v. ad 16. 57. (15) I. e. De a. *autem:* cf. 6. 22. (16) Hand. I. 104. 5. (17)—(17)—(17) Cf. *de Off.* i. 20. 69., 70., 21. 70., 71. (18) *s. g. n.* 3. Cf. *de Off.* i. 9. 29. (19)—(19) V. ad *C. M.* 3. 7. (20) Sic 2. et 3.; *dicunt* 1. Recte autem, in *postremo* abjecta particula *et*, iteratum est verbum; quod frustra edd. recc. fere excludunt.

87. (1) Nota in bonam partem: cf. *de F.* ii. 14. 45., v. 23. 65. (2) Cf. 1. 4. (3) *-am* aliquot: v. ad 4. 13. (4) Cf. 20. 74. (5)—(5) *aetatem degendam ratione* 3., frustra. Potest sic converti oratio: *nec ulla ratione degendam aetatem:* cf. 3. 12. (6)—(6) *-tem eam est et -tem* 2. 3.: ergo fortasse excidit *nactus* ante *naturae*. (7) V. Nizol. (8) V. ad *C. M.* 20. 74. (9)—(9) Prius est *odisse:* v. ad *C. M.* 15. 52. Nisi forte de manente odio interpretandum est. (10) *-mus* 2. Cf. *ad Q. Fr.* i. 1. 19., 2. 6., *de D.* ii. 37. 79., 55. 113. (11) Cf. 22. 81. (12) Cf. *p. Mil.* 29. 78., Terent. *Adelph.* iii. 2. 14. (13) *suae a.* 1. 2. (14) Np. ita esse. (15) Vid. Cl. Maius ad *de Rep.* i. 25.; adde *C. M.* 23. 83. (16) V. ad *C. M.* 5. 14. (17) *-nem* 2.: v. Cort. ad Sallust. 869. b., et Kritz. 328. Ad rem autem cf. *de F.* iii. 20. 65., *de*

ferre[20] posset, cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudo? 88. Verum ergo[1] illud est, quod, a Tarentino[2] Archyta, ut[3] opinor[3], dici solitum[4], nostros senes commemorare audivi, ab aliis[5] senibus auditum, si[6] quis in coelum adscendisset naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset[6], insuavem illam admirationem ei fore, quae jucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset. Sic natura solitarium[7] nihil amat[7], semperque[8] ad aliquod tamquam[9] adminiculum annititur; quod in[10] amicissimo quoque dulcissimum est.

XXIV. Sed, quum tot signis eadem natura declaret, quid velit, anquirat[1], desideret; tamen obsurdescimus, nescio[2] quomodo[2], nec[3] ea, quae ab ea[4] monemur, audimus. Est enim varius[5] et multiplex[5] usus amicitiae, multaeque causae suspicionum offensionumque dantur; quas[6] tum evitare, tum elevare, tum ferre sapientis est. Una illa sublevanda[7] est[8] offensio[9], ut et veritas[10] in amicitia et fides retineatur: nam[11] et monendi amici saepe sunt et objurgandi[12]; et haec

Off. i. 43. 153., 44. 158., iii. 5. 25. ([18]) Cf. *C. M.* 12. 40. e.; add. Madvig. *de F.* 660. ([19]) Cf. 13. 48. ([20]) De paronomasia vid. B.; adde VV. DD. ad *C. M.* 2. 6. extr. laudatos.

88. ([1]) Hand. II. 447. 8. ([2]) V. ad *C. M.* 5. 13. ([3]) Sic saepe de rebus in memoria potius quam in opinione positis: vv. Mueller. *p. Sext.* 70. et *CC. SS.* 63., Borgers. *Parad.* 34., Ochsner. 365.; adde *Brut.* 15. 58., 22. 85., *Topic.* 8. 36., *in Verr.* iv. 3. 7., 13. 30., *de Aere A. Mil.* 3. 2., *ad F.* xv. 6. 1., *ad A.* i. 13. 1., 19. 5. et 10., 20. 3., vii. 2. 5., viii. 11. 1., *de N. D.* i. 30. 85., ii. 20. 53. ([4]) Sive *illud a T. A. dici solitum, quod* —: v. ad 3. 12. ([5]) Cf. *C. M.* 13. 43. ([6]) Cf. *Tusc.* i. 20. 45. ([7])—([7]) *ni. a. s.* 1., 3. ([8]) Tollit 2. copulam: v. ad *C. M.* 6. 17. ([9]) Cf. 16. 59. ([10]) I. e. si quisque amicissimi cujusque adminiculo utitur: v. ad *C. M.* 3. 8.

XXIV. ([1]) V. ad 21. 81. ([2]) Beier. *de Off.* I. 292.: cf. § 89. ([3]) Cf. 23. 87. ([4]) *illa* 1.: v. ad *C. M.* 1. 3. ([5])—([5]) V. Nizol. ([6]) V. ad 1. 5. ([7]) *Subeunda* Facciol., quod recepit M., frustra. Nam quomodo una subeunda, si quidem jam plures significavit ferendas? Falsi in eo sunt viri doctissimi, quod ad *amicos* participium referebant. Ego sic interpretor: *Una illa* (de amicitia agenti mihi) *sublevanda* (verbis atque oratione) *est offensio.* Cf. *de Off.* i. 22. 74., "*minuenda* est haec opinio:" sc. mihi; np. verbis atque oratione. ([8]) Sic 1., 2., 3.: al. *subl. off. est.* ([9]) *cautio* 1., 3., male. ([10]) *utilitas* 1., 2.,

accipienda amice, quum benevole fiunt. 89. Sed, nescio[1] quomodo[1], verum est, quod in[2] Andria familiaris[3] meus dicit:

Obsequium amicos, veritas odium parit.

Molesta veritas, si quidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitiae; sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens praecipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa[4] in[4] eo est, qui et[5] veritatem aspernatur et[5] in fraudem obsequio impellitur. Omnis[6] igitur hac in re habenda ratio et diligentia est, primum ut monitio[7] acerbitate, deinde ut[8] objurgatio contumelia careat. In[9] obsequio autem (Terentiano quoniam[10] verbo lubenter[11] utimur[11]) comitas adsit, assentatio, vitiorum adjutrix, procul amoveatur, quae non modo[12] amico, sed ne libero quidem[13] digna est: aliter enim cum tyranno, aliter cum amico vivitur[14]. 90. Cujus autem aures veritati[1] clausae sunt, ut ab amico verum[2] audire[2] nequeat, hujus[3] salus desperanda est. Scitum[4] est enim illud[5] Catonis[6], ut[7] multa[7]: Melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur; illos[8] verum saepe[9] dicere, hos[8] numquam. Atque illud absurdum[10], quod ii, qui monentur[11], eam molestiam, quam debent capere[12], non capiunt[12]; eam cap-

3.: sed alterum infra respicit. (11) Hand. IV. 4. (12) Cf. *de Off.* i. 17. 58.

89. (1) Cf. § 88. (2) V. ad *C. M.* 7. 24. (3) Cf. *C. M.* 4. 10. (4) Cf. *in Verr.* v. 51. 133., *ad F.* i. 9. 13. (5)—(5) V. ad *C. M.* 1. 1. (6) Cf. *de Off.* i. 31. 114. apud G.: al. *Omni.* (7) *adm.* aliquot, G., fortasse recte; v. Wopkens. *LL. TT.* 216. [295. *H.*] (8) Sic iterant 1., 2., 3. (9) I. e. si quando obsequio uteris: v. ad *C. M.* 3. 8. (10) Sic 2. postponit: cf. *ad F.* xv. 14. 3., *ad A.* i. 16. 15., xiii. 28. 1. (11) Cf. *Brut.* 21. 83. (12) Hand. IV. 294. 20. (13) Addit 8. *homine.* (14) V. ad *C. M.* 19. 67.

90. (1) *c. s. v.* 1.; *c. v. s.* 2. (2) Cf. 26. 98. (3) *h. hominis* 3. (4) Cf. *de Or.* iii. 61. 228., *Orat.* 16. 51., *de D.* ii. 24. 51. (5) V. ad *C. M.* 14. 50. e. (6) Ab Antisthene esse hoc, monet Graevius. (7) Cf. *de N. D.* ii. 25. 65., iii. 19. 50. (8)—(8) Zumpt. § 700. (9) *d. s.* 1., 3. (10) Sic 2., 3., omisso *est.* (11) Ex duobus verbis, quae supra sunt, *moneri* et *objurgari*, unum tantum posuit. Item infra unum, sed alterum, quod est *objurgari*: v. ad *C. M.* 9. 29. (12)

iunt[12], qua debent vacare. Peccasse enim se[13], non anguntur, objurgari[14], moleste ferunt: quod[15] contra[15] oportebat delicto dolere, correctione[16] gaudere.

XXV. 91. Ut igitur et monere et moneri proprium est verae amicitiae, et alterum libere facere, non[1] aspere, alterum patienter accipere, non[1] repugnanter; sic[2] habendum[2] est, nullam in[3] amicitiis pestem[4] esse[5] majorem[5], quam adulationem, blanditiam, assentationem: quamvis[6] enim multis[7] nominibus[7] est hoc vitium notandum levium[8] hominum[8] atque fallacium, ad[9] voluntatem loquentium omnia[10], nihil ad[9] veritatem. 92. Quum autem omnium[1] rerum[1] simulatio est vitiosa (tollit enim judicium[2] veri idque[3] adulterat[4]), tum amicitiae repugnat maxime: delet[5] enim veritatem, sine[6] qua nomen amicitiae valere non potest. Nam, quum amicitiae vis sit in eo, ut unus quasi[7] animus fiat ex pluribus[8], qui id[9] fieri poterit, si ne in uno quidem quoque unus animus erit idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex[10]? 93. Quid enim potest esse tam flexibile, tam devium, quam animus ejus, qui ad[1] alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque[2] nutum[3] convertitur[3]?

Negat quis? nego; ait? aio: postremo imperavi egomet mihi
Omnia[4] assentari[4],

ut ait idem Terentius[5]; sed ille[6] in[7] Gnathonis persona; quod[8] amici genus[8] adhibere omnino[9] levitatis

Cf. *p. Sulla* 1. 1. ([13]) Del. 1.: v. ad *C. M.* 9. 30. ([14]) V. supra ad "*monentur.*" ([15]) Hand. II. 121. ([16]) *correpst.* 2.

XXV. 91. ([1]) Hand. IV. 269. 17. ([2]) Cf. 2. 10. ([3]) Hand. III. 265. 29. ([4]) Cf. 10. 34. ([5]) *m. esse* 1., 2., 3. ([6]) Cf. 5. 17. ([7]) Cf. *de F.* iii. 4. 14., *Tusc.* ii. 20. 46., u. v. Moser. 558.; add. Ochsner. 29. et 243. ([8]) I. e. quae est l. h. ([9]) Hand. I. 108.: cf. § 92., 26. 98. ([10]) Del. 2.

92. ([1]) I. e. in omnibus rebus: cf. 23. 86. ([2]) *aditum* 1.; *auditum* 3., frustra. ([3]) V. ad *C. M.* 15. 51. ([4]) Cf. *Partit.* 25. 90. ([5]) V. Nizol. ([6]) Cf. 22. 84. ([7]) *quasi unus* 3.: cf. 21. 81. e. ([8]) Cf. *de Off.* i. 17. 56. ([9]) Del. 1., 2., 3. ([10]) *et m.* 1., 2., 3.: v. ad § 95. e.

93. ([1]) Cf. § 92. ([2]) *ac* 2., 3. ([3]) Cf. *ad F.* iii. 10. 10. e. ([4]) Ellendt. *de Or.* II. 29. ([5]) *Eunuch.* iii. 2. 21. ([6]) Del. 1. ([7]) Sic 1., 2., 3.; al. *sub:* v. Hand. III. 261. ([8])—([8]) Sive cujus generis ami-

est. 94. Multi autem Gnathonum[1] similes quum[2] sint loco[3], fortuna, fama superiores, horum est assentatio molesta, quum ad vanitatem[4] accessit auctoritas. 95. Secerni autem blandus[1] amicus a vero et internosci tam potest, adhibita diligentia, quam omnia fucata et simulata a veris[2] atque sinceris. Concio, quae[3] ex imperitissimis constat[4], tamen judicare solet, quid intersit[5] inter popularem[6], id[7] est[7] assentatorem[8] et levem civem, et inter[9] constantem, severum[10] et[10] gravem. 96. Quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat[1] in aures concionis, quum ferret legem de tribunis plebis reficiendis[2]? Dissuasimus nos[3]. Sed nihil de me[4]; de Scipione[5] dicam libentius. Quanta illa[6], dii immortales! fuit gravitas? quanta in[7] oratione[7] majestas? ut[8] facile ducem populi Romani non[9] cognitum[9] diceres. Sed affuistis, et est in[10] manibus[10] oratio. Itaque[11] lex popularis suffragiis populi repudiata est. Atque, ut ad me[12] redeam[12], meministis, Q. Maximo, fratre Scipionis, et L. Mancino consulibus[13] quam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii

cum: cf. 3. 12. (9) Hand. IV. 378. 9.

94. (1) Fortasse *Gnathones et Gnathonum similes*. Nunc contra morem videtur plurali usus. Nam frustra G. contulit *C. M.* 5. 13. (2) V. ad 4. 16. (3) Sc. quo nati sunt et vivunt. (4) I. e. mendacitatem; v. Nizol.: cf. 26. 99.

95. (1) I. e. assentans. (2) Sic chiasmi modo 1., 3.: v. ad *C. M.* 13. 44. (3) Del. 2. (4) *crescat* 2. (5) Cf. *in Cat.* iv. 5. 9. (6) Cf. *p. Sext.* 45. 95. (7) V. ad *C. M.* 20. 73. (8) Adjective: cf. *C. M.* 5. 14., "fortis et *victoris*." (9) Del. 1., frustra: vv. Frotscher. ad Muret. I. 373., Hand. III. 410. 42. (10) *et s. et g.* M. tacite, q. v. *Opuscc.* I. 333., *de F.* 570.: cf. § 92. e.

96. (1) Cf. *de Off.* ii. 9. 31. Verbum conatûs: v. ad 20. 75. (2) Vid. Livii Epit. lix. (3) Sc. ego et Scipio. (4) Sc. *dicam*: cf. *ad F.* iii. 10. 7. (5) V. ad 1. 5. (6) *illi* 1., 2., frustra: v. ad *C. M.* 17. 60. (7) Sive *orationis*: v. ad 6. 22. (8) V. ad 3. 12. (9) I. e. vel si tibi non cognitus esset. Ita emendavi absurdam vulgatam *ducem p. R., non comitem.* Locum crediderim Tacito obversatum esse *Agric.* 44., "Bonum virum facile crederes, magnum libenter;" i. e. Bonum virum facile credidissent quibus esset non cognitus. (10) Cf. *C. M.* 4. 12. (11) Cf. 1. 1. (12) Cf. *C. M.* 10. 32. (13) Jungit M. *meministis . . . consulibus*; item Bakius *de L.* 354., monens nihil pertinere, illisne an aliis consulibus lex ista lata fuerit. Ergo vide nos *de Off.* i. 39. 138. (14) Sic per ex-

Crassi videbatur[14]! cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur[15]. Atque is primum instituit in forum[16] versus[17] agere[18] cum[18] populo. Tamen illius vendibilem[19] orationem religio deorum immortalium, nobis defendentibus[20], facile[21] vincebat. Atque id actum est praetore me, quinquennio ante, quam consul sum factus. Itaque[11] re magis[22], quam summa[23] auctoritate, causa illa defensa est.

XXVI. 97. Quod[1] si[1] in scena, id[2] est[2] in concione[2], in qua rebus fictis et adumbratis loci plurimum est, tamen verum valet, si modo id patefactum et illustratum est, quid in[3] amicitia fieri oportet, quae tota veritate perpenditur? In qua[4] nisi, ut[5] dicitur[5], apertum pectus videas tuumque[6] ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas; ne amare quidem aut amari, quum, id quam[7] vere fiat, ignores. Quamquam[8] ista assentatio, quamvis[9] perniciosa sit[9], nocere tamen nemini[10] potest, nisi ei, qui eam recipit atque ea[11] delectatur. Ita[12] fit[12], ut is assentatoribus[13] patefaciat[13] aures[13] suas maxime[14], qui ipse sibi assentetur[15] et se maxime ipse delectet[16]. 98. Omnino[1] est amans sui virtus: optime enim se ipsa novit, quamque amabilis sit, intelligit. Ego autem non de virtute nunc loquor, sed de virtutis[2] opinione[2]. Virtute enim ipsa non tam multi praediti esse[3], quam videri[3] volunt. Hos

clamationem effert M.: v. Matth. *p. Rosc. A.* 30. 83. (15) Np. tentabatur istud: verbum conatûs; v. ad 20. 75. (16) Potius quam ad curiam. (17) Krueger. *de Attract.* § 135. et 136. (18) Cf. 1. 4. (19) Cf. *de F.* i. 4. 12.; add. Ellendt. *Brut.* 126. (20) Cf. *Brut.* 21. 83., *de N. D.* iii. 2. 5. (21) Hand. II. 686. 2. (22) Hand. III. 561. 13. (23) Del. G.

XXVI. 97. (1) Cf. 7. 23. (2)—(2) Del. 2., frustra: v. ad *C. M.* 20. 73. Q. d.: sic enim dico concionem: cf. § 95.; adde apud G. *de Or.* ii. 83. 338. (3) Cf. 2. 9. e. (4) V. ad 1. 5. e. (5) Cf. 27. 101. e., *C. M.* 14. 49.; plura ad *Ciceronian.* § 234. (6) *itemque?* (7) I. e. vere fiat necne: v. ad 3. 10. (8) Cf. 7. 25. (9)—(9) V. ad *C. M.* 19. 67. (10) *p. nemini* 2.: v. ad *C. M.* 4. 12. e. (11) *in ea* Or., frustra: v. Madvig. *de F.* 82. (12) Hand. III. 474. 13. (13) Cf. *de Off.* i. 26. 91. (14) *suas, ut qui maxime* 2.; *suas: maxime qui* 3. (15) *-atur* 1., 2., 3. De subj. Matth. *p. Rosc. A.* 1. 4. (16) *-at* 1.

98. (1) Cf. 20. 74. (2) Cf. 11.

delectat assentatio; his fictus ad[4] ipsorum voluntatem sermo quum[5] adhibetur, orationem illam vanam[6] testimonium esse laudum suarum putant. Nulla est igitur haec amicitia, quum[7] alter verum[8] audire[8] non vult, alter ad mentiendum paratus est. Nec parasitorum in[9] comoediis[9] assentatio nobis[10] faceta videretur, nisi essent milites gloriosi.

Magnas vero agere gratias Thais mihi?

Satis erat respondere, *Magnas:* "*Ingentes,*" inquit. Semper auget assentator id, quod is, cujus ad[4] voluntatem dicitur, vult esse magnum. 99. Quamobrem, quamquam[1] blanda[2] ista vanitas[3] apud eos[4] valet[1], qui ipsi[5] illam allectant et invitant, tamen etiam graviores constantioresque admonendi sunt, ut animum[6] advertant[6], ne callida assentatione capiantur[7]. Aperte enim adulantem nemo[8] non[8] videt[9], nisi[10] qui admodum[11] est excors: callidus[12] ille et occultus[13] ne[14] se insinuet, studiose cavendum[15] est. Nec enim facillime[16] agnoscitur[17], quippe qui etiam adversando saepe assentetur, et litigare[18] se simulans blandiatur, atque ad[19] extremum[19] det[20] manus[20] vincique se patiatur, ut is, qui

37. (3)—(3) V. ad *de Off.* i. 19. 65. (4) Cf. 25. 91. e. (5) V. ad 4. 16. (6) Mendacem. (7) I. e. quae tum est quum —: v. ad *C. M.* 20. 72. (8) Cf. 24. 90. (9) Cf. § 100., "*in* fabulis." (10) Del. 1., 2., B.

99. (1)—(1) Sic 1., 2., 3.: al. *quamvis . . . valeat.* (2) Cf. 25. 95. (3) Cf. 25. 94. (4) Cf. § 97. (5) Abest a duobus Ald.: *ipsi qui?* (6) Cf. *de Off.* ii. 19. 68. (7) Cf. *C. M.* 13. 44. (8) Hand. IV. 261. 6.; adde *p. Planc.* 9. 22., *Philipp.* ix. 2. 4. (9) I. e. perspicit: cf. *Philipp.* v. 2. 5. apud G. (10) Fortasse *nisi si qui;* v. Hand. IV. 239. 21.: cf. Columell. iv. 21. 4., "*nisi si admodum* —." (11) Cf. 4. 16. e. (12) Sc. *autem:* cf. 1. 5., 6. 22. (13) Reflexive; qui animum suum occultat: cf. *ad F.* iii. 10. 8. (14) V. ad *de Off.* iii. 27. 100.; adde *in Caecil.* 22. 73., *in Verr.* Act I. 9. 27., 11. 32., 17. 51., et Accus. ii. 39. 96., v. 44. 116., *Philipp.* ii. 23. 55., *de L.* i. 7. 21. (15) Ad rem adhibe *in Verr.* i. 15. 39.: v. Muret. *VV. LL.* ii. 11. (16) *facile* 1., 2. (17) Sic 2., 3.; *cogn.* 1., G. (18) *-asse* 1. (om. *se*), 2., 3. (19) Hand. I. 132., nos *de Off.* iii. 23. 89.; adde *de N. D.* i. 34. 94., ii. 46. 118., *de D.* ii. 10. 25., 41. 85. (20) Cf. *ad A.* ii. 22. 2., xvi. 3. 1. (21) Cf. *ad F.* vii. 28. 1. (22) V. ad 12. 41. (23) Addidi ex 1., 2., 3.: v. ad 12. 42. (24) Del. G., frustra: v. Hand. III. 562. (25) Cf. 24. 89. (26) Fabula, credibile

illusus sit, plus[21] vidisse[21] videatur[22]. Quid autem turpius, quam illudi? Quod ut[23] ne accidat, magis[24] cavendum est, ut in[25] Epiclero[26]:

Hodie me ante omnes comicos[28] stultos[28] senes
Versaris[29] atque emunxeris[30] lautissime.

100. Haec enim etiam in[1] fabulis stultissima persona est improvidorum et credulorum senum[2]. Sed, nescio[3] quo[3] pacto[3], ab[4] amicitiis perfectorum hominum, id[5] est[5] sapientium (hac[6], dico[6], sapientia[6], quae videtur in[7] hominem cadere[7] posse) ad[4] leves[8] amicitias deflexit[9] oratio[10]. Quamobrem[11] ad illa prima[12] redeamus, eaque ipsa[13] concludamus[14] aliquando[15].

XXVII. Virtus[1], virtus[1], inquam[1], C. Fanni[2], et tu, Q. Muci[2], et conciliat[3] amicitias et conservat[3]. In ea est enim convenientia rerum, in ea stabilitas, in ea constantia; quae quum se extulit[4] et ostendit lumen[5] suum[6] et idem adspexit agnovitque in alio, ad id se admovet, vicissimque accipit illud, quod in altero est: ex quo eorum exardescit[7] sive[8] *amor* sive[8] *amicitia*. Utrumque enim dictum est ab *amando*: amare autem nihil est aliud, nisi[9] eum ipsum diligere, quem ames,

est, Caecilii. (27) Hand. I. 386. 3. (28) V. ad *C. M.* 11. 36. (29) Cf. Plaut. *Bacch.* iv. 5. 6., *Pers.* v. 2. 17. (30) Est e conj. Bentleii ad Hor. *de A. P.* 96.: *ut uixeris* 1., 2., 3.

100. (1) Cf. § 98. (2) Gen. epexeget.: v. ad *de Off.* iii. 9. 38., *C. M.* 1. 2. (3)—(3) Beier. *de Off.* I. 293. (4)—(4) Cf. 21. 76., 77. (5) V. ad § 97. (6) Omisi *de*, ut abl. a participio pendeat: cf. *in Verr.* i. 22. 58., "*ornatu;*" v. 64. 166., "*suspicione;*" *Philipp.* xiii. 10. 22., "*scelere.*" De *dico* autem ad emphasin addito vid. Buckleius noster ad Apul. *de Deo Socratis* p. 27.; ubi poterat quam aptissime ad conj. suam firmandam laudare *de N. D.* ii. 31. 80.; adde 24. 62., 60. 150., i. 31. 86. (7)—(7) Cf. 13. 48. (8) Sive *levium.* (9) *deflux.* 1., 2., 3., M. (10) Cf. *ad Q. Fr.* i. 1. 6., "*Sed, nescio quo pacto ad . . . delapsa est oratio mea;*" supra 21. 76. (11) Cf. 4. 16. (12) *illam primam* 1., 2., 3. (13) *eamque ipsam* 1., 2., 3. (14) Cf. *in Verr.* iv. 52. 115. (15) Hand. I. 250. 3., Moser. *Tusc.* I. 361., nos ad Sallust. p. 82.

XXVII. (1)—(1) Cf. *Tusc.* v. 28. 80. apud H., plura apud Nizol. Sed omittunt alterum nomen 1., 2., 3.: v. ad *C. M.* 11. 35. e. (2)—(2) Cf. *C. M.* 21. 77. (3)—(3) Cf. 5. 20. (4) Cf. *de Or.* ii. 21. 88. (5) Cf. 8. 27. e. (6) *s. l.* 1., 3. (7) Cf. 9. 29. (8)—(8) Cf. *de N. D.* i. 34. 95. (9) Hand. IV. 244. 24.; adde supra 6. 20. (10) I. e.

nulla indigentia[10], nulla utilitate quaesita[11]. Quae[12] tamen ipsa[12] efflorescit[13] ex amicitia, etiam si tu[14] eam minus[15] secutus sis[16]. 101. Hac nos adolescentes benevolentia senes illos L. Paullum, M. Catonem, C. Gallum, P. Nasicam, Ti. Gracchum, Scipionis nostri socerum, dileximus: haec etiam[1] magis elucet inter aequales[2], ut inter me et Scipionem, L. Furium, P. Rupilium, Sp. Mummium. Vicissim autem senes in adolescentium[3] caritate acquiescimus, ut in vestra, ut in Q. Tuberonis: equidem[4] etiam admodum[5] adolescentis[6], P. Rutilii, A. Virginii familiaritate delector. Quoniamque[7] ita ratio comparata est vitae naturaeque nostrae, ut alia[8] aetas[9] oriatur[10]; maxime[11] quidem optandum est, ut cum aequalibus[12] possis, quibuscum tamquam[12] e carceribus[13] emissus sis, cum iisdem[14] ad calcem[13], ut[15] dicitur[15], pervenire. 102. Sed, quoniam res humanae fragiles caducaeque sunt, semper aliqui anquirendi[1] sunt, quos diligamus et a quibus diligamur: caritate enim benevolentiaque sublata[2], omnis est e vita sublata[2] jucunditas. Mihi[3] quidem Scipio, quamquam est subito ereptus, vivit[4] tamen semperque vivet[4]. Virtutem[5] enim amavi illius viri: quae[6] exstincta non est. Nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in[7] manibus[7] habui, sed etiam posteris erit clara et insignis. Nemo um-

nullam ob ind.: v. ad 2. 8. (11) *nulla indigentia quaesita utilitate* 2. (12)—(12) Cf. 9. 30. e. (13) V. Nizol. (14) Indefinite: cf. 20. 73. (15) Cf. 7. 23. (16) *s. sit* 2., omisso supra *tu:* v. ad *C. M.* 20. 72.

101. (1) *m. etiam* 3.: v. ad *C. M.* 14. 46. (2) V. ad *C. M.* 3. 7. (3) *adu.* 3., et mox iterum. (4) *et q.* 2.: v. ad *C. M.* 7. 21. (5) Hand. I. 171. 2. (6) De num. sing. ad *de Off.* i. 14. 43. (7) Cf. *de F.* iii. 17. 58., 19. 64., *de L.* ii. 11. 28., *de N. D.* i. 18. 48. (8) *alia atque alia?* cf. *Orat.* 22. 72.: v. *Doctr.* nostr. i. 118. (9) Recte B. pro ipsis hominibus accipit, conferens *Philipp.* xi. 15. 39., "*aetas* succedit *aetati;*" et Homer. *Il.* z. 147. (10) *o. ex alia* edd. multae. (11) Hand. III. 598. 16.; adde *ad F.* xiii. 16. 3. (12) V. ad *C. M.* 2. 5. (13)—(13) Cf. *C. M.* 23. 83. (14) Sic abundat fere pron. *in Verr.* ii. 33. 81., *ad F.* iii. 8. 8., xv. 14. 4. (15) Cf. 26. 97.

102. (1) Cf. 21. 81. (2)—(2) Cf. 5. 19. (3) I. e. Ad me quod attinet: cf. 3. 11. (4)—(4) Cf. Tacit. *Agric.* 46. (5) I. e. Quod enim illius viri amavi, ea virtus ejus fuit: v. ad *C. M.* 1. 3. (6)

quam animo[6] aut spe[8] majora[9] suscipiet, qui[10] sibi non[10] illius memoriam atque imaginem[11] proponendam putet. 103. Equidem[1] ex omnibus rebus[2], quas mihi aut fortuna aut natura tribuit, nihil[2] habeo[3], quod cum amicitia Scipionis possim comparare. In hac mihi de re publica consensus, in hac rerum[4] privatarum[4] consilium, in eadem plena[5] requies oblectationis[5] fuit. Numquam illum ne[6] minima quidem[6] re offendi, quod quidem senserim; nihil audivi ex eo[7] ipse[7], quod nollem; una domus erat, idem victus isque communis; neque solum[8] militia, sed etiam peregrinationes rusticationesque[9] communes. 104. Nam[1] quid ego de studiis dicam[1] cognoscendi semper aliquid atque discendi[2]? in quibus[3] remoti ab oculis populi omne otiosum tempus contrivimus[4]. Quarum rerum recordatio et memoria si una[5] cum[5] illo occidisset, desiderium conjunctissimi atque amantissimi viri ferre nullo modo possem. Sed[6] nec illa exstincta sunt (aluntur que[7] potius et augentur cogitatione et memoria mea[8]), et[9], si[10] illis[11] plane orbatus essem, magnum tamen afferret[12] mihi aetas ipsa solatium; diutius[13] enim jam[14] in[15] hoc desiderio esse non possum. Omnia[16] autem brevia tolerabilia esse debent[16], etiam si magna sint[17]. Haec[18] habui, de amicitia quae[19] dicerem. Vos autem

I. e. ea autem: v. ad 1. 5. e. (7) Praesentem: cf. *Brut.* 33. 125. (8)—(8) Cortius ad Sallust. *J.* 20. 6., Wopkens. *M. Obss. N.* X. 123.; adde *in Verr.* i. 51. 135., *de Rep.* ii. 4. 7. (9) V. ad *C. M.* 7. 24. (10)—(10) V. ad 7. 23. (11)—(11) Cf. Sallust. *J.* 4. 5.

103. (1) *Et q.* 2.; *Et* sine *quidem* 3.: v. ad *C. M.* 7. 21. (2)—(2) Cf. *de Off.* i. 42. 151., "Omnium *rerum . . . nihil* —." (3) V. ad *C. M.* 5. 13. e. (4) I. e. de rebus p.: v. ad 10. 34. (5)—(5) Sic 1.; vulg. *req. plena obl.*: cf. *Tusc.* v. 27. 79., *de Off.* iii. 23. 89. (6)—(6) Hand. IV. 64. 7. (7) *ex ipso* G., frustra. (8) Del. 2. (9) Cf. *de Or.* ii. 6. 22.

104. (1)—(1) V. ad *C. M.* 15. 52. (2) *discendi, in q. . . . ?* G., B., M.: v. ad *C. M.* 15. 53. (3) I. e. in his enim: v. ad 1. 5. (4) Cf. *de F.* v. 20. 57. (5) Cf. 10. 33. (6) Cf. *C. M.* 11. 38. (7) Tollit B. copulam. (8) Addidi ex 1., 2., 3. (9) V. ad *C. M.* 15. 51. (10) Cf. *Orat.* 20. 68. (11) *illo* 2. (12) *affert* 1., 2. (13) Cf. 19. 68. (14) Hand. III. 153. (15) Cf. 3. 11. (16)—(16) Notus philosophiae locus. (17) Sic 1., 2., 3.: *sunt* G. (18) I. e. Haec sunt, quae habui —: v. ad *C. M.* 23. 85. (19) V.

hortor, ut ita[20] virtutem locetis[20], sine[21] qua amicitia esse non potest, ut, ea excepta[22], nihil amicitia praestabilius[23] putetis.

ad *C. M.* 23. 85. e. ([20])—([20]) I. e. ut eo loco virtutem locetis. Nisi forte lacuna est: *ut ita virtutem* [loco in primo] *locetis.* Cf. 5. 17. e., 6. 20. Graevii autem suspicioni *colatis* nihil censeo tribuendum. Et bene jam Waardenburg apud De-G.: "Sic accipe: eum virtuti locum adsignetis, ut haec prima sit, amicitia proxima." ([21]) Cf. 22. 84. ([22]) Cf. 6. 20. ([23]) Cf. *C. M.* 12. 40.

EXPLICIT.

INDEX IN NOTAS.

POSTSCRIPTUM.

Sicut in *Catone Majore*, sic etiam has pagellas voluit benignissime V. C., Burgesius, antequam prodirent, percurrere.

1. 2. (16) Videtur sibi V. D. fragmentum scenicum de Medea et Jasone agnoscere :—

Odio capitali dissident, qui vixerant
Amore maximo olim conjunctissimi.

Et verba confert nutricis apud Euripidem in *Medea* vv. 13. et 16.

2. 7. (10) Quod nos addidimus, *crebro*, id vult etiam geminari : "ex me quaerunt *crebro*, *crebro* ex hoc item Scaevola," omisso cum codd. quatuor *credo*. Sed facile potuit verbum quidem in similitudine adverbii intercidere. Et emphasis ista geminati adverbii vereor ne frustra quaesita esse videatur. Nam nihil erat, arbitror, cur non ex utroque homines genero quaererent. In nostra autem lectione facile *item* particula adverbium simul et verbum repetit : vid. Kritz. ad Sallust. *C.* 27. 2. Urbanum vero *credo*, quasi oblique Scaevolam interrogantis et copiam huic pro se dicendi facientis. De praeposito autem eodem nos ad *de D.* i. 44. ; et sexcenta possunt addi.

9. 30. Suspicatur " opinione fortasse *non mala*." Sed ipsum per se *opinio* in bonam partem accipi solet, adverbio qualitatis non addito : cf. *ad A.* vii. 2. 5., " *opinio*, quam is vir habebat integritatis meae." Nihil ergo afferat *non mala* emolumenti. *Nonnulla* autem *opinio* dictum est, ut saepe "*magna* opinio." Jam vero *fortasse*, quod maxime amicum meum ad istam impulit conjecturam, quasi esset cum adjectivo jungendum, censeo parentheticum esse et ad *opinione* potius sive ad rem totam, quam ad *nonnulla*, pertinere. Quod sic senties : nam omisso adjectivo nihilominus potest *fortasse* manere.

13. 44. (6) Scribit, quod laetor, vehementer placere sibi supplementum meum.

15. 52. (10) Item probat conj. nostram.

25. 96. (9) Veretur amicus meus, ut sim conjecturam meam aliis probaturus, et ipse conjicit *commilitonem*. Judicet lector. Me quidem nondum poenitet conjecturae meae.

